purum dixeris: ideſt ſolum: non modo neqꝫ veritatẽ
neqꝫ falſitatem deſignat: ſed omnino nihil ẽ: ⁊ quod
ſequutus eſt planũ fecit: ſignificat inquit quãdaꝫ cõ-
poſitionẽ: quã ſine cõpoſitis non eſt intelligere. Naꝫ
ſi eſt verbũ cõpoſitionis cõiũctioniſqꝫ cuiuſdã viꝫ ⁊
proprium obtinet locũ: purum ⁊ ſine coniunctione ꝑ-
dicatum nihil ſignificat: ſed eã ipſam cõpoſitionem:
quã deſignat: cum fuerit cõiunctum ea que cõponũ-
tur: ſignificare poteſt: ſine cõpoſitis vero qd ſignifi-
cet: non eſt intelligere. Vel certe ita intelligendũ eſt
quod ait: ipſũ qdẽ nihil eſt: non quoniã nihil ſignifi-
cet: ſed quoniã nihil verum falſũ ve demõſtret: ſi pu
rum dictũ ſit: cũ enim coniungit᷑: tunc fit enunciatio.
Simpliciter enim dicto verbo nulla veri vel falſi ſi-
gnificatio eſt: ⁊ ſenſus quidem totus huiuſmodi eſt:
ipſa verba quidẽ per ſe dicta noĩa ſunt: nã ⁊ qui dicit
ĩtellectũ cõſtituit: ⁊ q audit quieſcit: ſed quãq̃ꝫ ſigni
ficent aliquid verba: nõdũ tamẽ affirmationẽ nega-
tionem ve ſignificãt. Nã quãuis rem deſignẽt: nõdũ
tamẽ ſubſiſtẽdi eius rei ſignũ eſt: nec ſi hoc ipſum eſt
vel ens dixerimus: aliquid ex eo verum vel falſuꝫ põt
ĩuenire. Ipſũ eniꝫ quãq̃ꝫ ſignificet aliquid: nõdũ ta-
mẽ verũ vel falſum eſt: ſed ĩ cõpoſitione fit enũciatio
⁊ in ea veritas vel falſitas naſcitur: quã veritatẽ fal-
ſitatẽqꝫ ſine his que cõponũtur: cõiungunturqꝫ: ĩtel
ligere impoſſibile eſt: ⁊ de verbo quidem ⁊ nomine
ſufficienter dictum eſt. Secundo vero volumine de
oratione eſt conſiderandum.

¶ Incipit cõmentariorum liber ſecundus.

INquãtũ labor humanum genus excolit
⁊ beatiſſimis ingenij fructibꝰ cõplet: ſi ĩ
tantum cura exercẽde mentis inſiſteret:
non tam raris homines virtutibus vte-
rentur: ſed vbi deſidia demittit animos
cõtinuo feralibꝰ ſeminarijs animi vber
horreſcit. Nec hoc cognitione laboris iuenire conceſ-
ſerim: ſed potius ignorantia: quis enĩ laborãdi peri-
tus vnq̃ꝫ a labore diſceſſit. Quare intẽdẽda vis men
tis eſt: verũqꝫ eſt amitti animum: ſi remittatur. Mi
hi aũt ſi potentior diuinitatis annuerit fauor hec fixa
ſententia eſt: vt quãq̃ꝫ fuerint preclara ĩgenia: quoꝝ
labor ac ſtudiũ multa de his que nunc quoqꝫ tracta-
mus: latine lingue contulerint: non tamen quendam
quodãmodo ordinem ſtillũqꝫ diſponẽdo diſciplinaꝝ
gradus ediderũt. Ego omne Ariſtotelis opus quod-
cũqꝫ in manus venerit: ĩ romanũ ſtilum vertẽs: eoꝝ
oium cõmẽta latina oratione perſcribã: vt ſi quid ex
logice artis ſubtilitate: ⁊ ex moralis grauitate peri-
tie: ⁊ ex nãlis acumine veritatis ab Ariſtotele cõſcri-
ptũ eſt: id omne ordinatũ trãſferam: atqꝫ id quodaꝫ
lumine cõmẽtationis illuſtrem: oẽſqꝫ Platonis dia
logos vertẽdo: vel etiã cõmẽtãdo in latinã redigam
formam. His pactis nõ equidem cõtempſerim Ari-
ſtotelis Platoniſqꝫ ſententias ĩ vnã quodãmodo re
uocare cõcordiã: eoſqꝫ non vt pleriqꝫ diſſentire ĩ oĩ-
bus: ſed in pleriſqꝫ ex his ĩ philoſophia maxime con-
ſentire demonſtrem: ⁊ hec ſi vita ociũqꝫ ſuperit cuꝫ
multa operis huius vilitate: necnõ etiã labore contẽ
derim: qua ĩ re faueant oportet: quos nulla coquit in-
uidia. Sꝫ nũc ad propoſita reuertamur. Ariſtoteles
nãqꝫ ĩchoans librum prius nomẽ diffiniẽdũ eẽ pro-
poſuit: poſt verbũ: hinc negationẽ: poſt hãc affirma-
tionẽ: inde cõſequẽter enunciationẽ: orationem vero
poſtremã. Sed nũc cũ de nomine ⁊ verbo dixerit cõ-
uerſo ordine quod vltimũ propoſuit: nunc exequitur
primũ de oratione namqꝫ diſputat: quam poſtremaꝫ
in operis diſpoſitione propoſuit: ait enim.

ORatio autẽ eſt vox ſignificatiua: cuius
partiũ aliqd ſignificatiuũ eſt ſeparatũ:
vt dictio: non vt affirmatio vl' negatio.
Dico autẽ: vt homo ſignificat aliquid:
ſed nõ quoniam eſt aut nõ eſt: ſꝫ erit affirmatio vl'
negatio: ſi quid addat᷑: ſed nõ vna hominis ſyllaba
nec enim in hoc qdẽ quod eſt ſorex rex ſignificat:
ſed vox eſt nunc ſola. In duplicibꝰ vero ſignificat
quidẽ aliqd: ſed nõ ſecũdũ ſe: quẽadmodũ dictũ ẽ.

¶ Videtur Ariſtoteles illas quoqꝫ voces orõnes puta
re: quecũqꝫ vel ex nominibus vel ex verbis conſtent:
nõ tãtũ que ĩtegrũ colligãt ĩtellectũ: vt ſũt ſocrates
⁊ plato: ⁊ ambulare ⁊ dicere. hec enĩ quãq̃ꝫ pleni in-
tellectꝰ nõ ſint: verbis tamẽ ⁊ noĩbus cõponũtur: ait
enim orationem eẽ vocem ſignificatiuã: cuiꝰ partes
ſignificarent aliquid ſeparatim: ſignificarent inquit
non conſignificarẽt: vt in nomine ⁊ verbo. Docet au-
tem illa quoqꝫ [illegible]es: cum etiam imperfectas: compo-
ſitas tamen ex nominibus ac verbis voces orationes
dicere: quod ait cum de nomine loqueretur: in eo ꝙ
eſt equi ferus nihil ſignificare ferus: quẽadmodum ĩ
oratione: que eſt equus ferus: namqꝫ eſt equus ferus
vox compoſita ex nominibus eſt: ſed ſententiam non
habet plenam: ⁊ ille ait: quemadmodum in oratione
que eſt equus ferus. Nam ſi ſecũduꝫ Ariſtotelẽ equꝰ
ferus eſt oratio: cur non [illegible]ie quoqꝫ que nominibus
verbiſqꝫ conſtent: quamquã ſint imperfecte ſenten-
tie: tamen orationes eſſe videantur: cũ preſertim ora
tionem ipſe ita diffiniat: Oratio eſt vox ſignificatiua:
cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatuꝫ.
In his ergo vocibus que verbis ⁊ nominibus com-
ponuntur: partes extra ſignificant: ⁊ non conſignifi-
cant. Nam ſi nomen ⁊ verbum ſignificatiuum eſt ſe-
paratum: in his vero vocibus que verbis ⁊ nomini-
bus componuntur: partes extra ſignificant: non con-
ſignificant: etiam voces imperfecte nominibus ⁊ ver
bis compoſite orationes ſunt. Nam ſi nomen omne ⁊
verbum ſignificatiuum eſt: he autem voces ideſt ora
tiones nominibus componuntur ⁊ verbis: dubium
non eſt in his vocibus que ex nominibus ⁊ verbis cõ
iuncte ſũt partes per ſe ſignificare: ꝙ ſi hoc eſt: ⁊ vox
cuius partium aliquid ſeparatum ⁊ per ſe ſignificat:
licet ſit imperfecte ſententie: tamen orationem eſſe
manifeſtum eſt. Sed quod addit orationis partes ſi-
gnificare: vt dictionem: non vt affirmationem vel ne
gationem. Alexander ita dictum eſſe arbitratur. Sũt
enim inquit alie quidem ſimplices orationes: que ſo
lis verbis ⁊ nominibus coniunguntur: alie vero com
poſite: quarum partes in vnum corpus iuncte iam fa
ciunt orationes: ⁊ ſimplices quidem orationes par-
tes habent eas: ex quibus componuntur: verba ⁊ no
mina: vt eſt ſocrates ambulat. Compoſite autem ali
quotiens quidem tantum orationes: aliquotiens ve-
ro etiam affirmationes: vt cum dico ſocrates ambu-
lat: ⁊ Plato loquitur vtreqꝫ ſunt affirmationes: vel
cum dico. Aio te eacida Romanos vincere poſſe. ex
orationibus non ex affirmationibus componitur ta
lis oratio. Prior autem ſimplicitas eſt: poſterior ve-
ro compoſitio. In quibus eſt autem prius vel poſte-
rius aliquid: illud ſine dubio diffiniendum eſt priori

loco:quod natura quoqꝫ pꝛecedit. Ita ergo quoniaꝫ
pꝛioꝛ ſimplex oꝛatio eſt:poſterioꝛ vero compoſita:pri
us ſimplicem oꝛationem diffinitione conſtituit dicēs
cuius partes ſignificant vt dictio:non vt affirmatio:
dictionem ſimplicis nominis aut verbi nūcupationē
ponens. In ſimplicibus enim oꝛationibus huiuſmo-
di partes ſunt. In compoſitis vero aliquotiens qui-
dem oꝛationes tantum aliquotiens vero affirmatio-
nem:vt ſupꝛa mōſtrauimꝰ:addit quoqꝫ illud. Omnē
inquit diffinitionem vel contractioꝛem eſſe diffinita
ſpecie vel excedere non opoꝛtet: q̧ ſi Ariſtoteles ita
conſtituiſſet diffinitionem:vt ſignificare partes oꝛa-
tionis diceret vt oꝛationes:ac non vt dictiones:ſim-
plices oꝛationes ab hac diffinitione ſecluderet: Oꝛa
tionum namqꝫ ſimplicium partes non vt oꝛationes:
ſed vt ſimplicia verba nominaqꝫ ſignificant. Nam ſi
omnis oꝛatio oꝛationis habebit in partibus: rurſus
ipſe partes que ſunt oꝛationes:alijs oꝛationibus con
iungentur:⁊ rurſus partiuꝫ partes:que eedē quoqꝫ
oꝛationes ſunt alias oꝛationes habebunt in partibꝰ:
at ſi quis hoc intelligentia ſumpſerit:ad infinitum p
cedet:nec ulla erit pꝛima oꝛatio:que ſimplices hēat
partes. Neqꝫ enim fieri poteſt:vt pꝛima dicatur oꝛa-
tio:que alias oꝛationes habet in partibus:partes.n.
pꝛioꝛes ſunt ꝓpꝛia compoſitione:quod ſi in infinituꝫ
ducatur intelligentia:nulla pꝛima oꝛatio reperitur:
⁊ cum nulla ſit oꝛatio pꝛima:nec vlla poſtrema eſt.
Quo circa interempta:pꝛima atqꝫ poſtrema omnis
quoqꝫ interimitur:⁊ nulla omnino erit oꝛatio: qua-
re non recta fuiſſet diffinitio:ſi ita dixiſſet. Oꝛatio ē
vox ſignificatiua:cuius partes aliquid extra ſignifi-
cant vt oꝛationes. At vero inquit Alexander. Nec ſi
quedam orationes in partibus continent: idcirco iā
neceſſe eſt ipſarum orationuꝫ partes affirmationes
eſſe vt cuꝫ dico. Deſine meqꝫ tuis incendere teqꝫ que
relis. Eſt ergo huius orationis pars vna. Deſine me
qꝫ tuis incendere:teqꝫ querelis alia: neutra harum
affirmatio eſt:quamquaꝫ videatur eſſe oratio. Quo
circa nec illa fuiſſet recta diffinitio:ſi ita dixiſſet. Ora
tio eſt vox ſignificatiua: cuius partes extra aliquid
ſignificant:vt affirmatio:huiuſmodi eniꝫ orationes
cuꝫ ſint eius partes ex orationibus iuncte:non tamē
affirmationibus totū ipſius coꝛpus orationis effici-
tur. Sed quoniam in omni oratione verba ſunt ⁊ no
mina:que ſimplices ſunt dictiones:non autem in oī-
bus orationibus aut affirmationes aut oꝛatiōes par
tes ſunt:quod commune erat:id in diffinitione con-
ſtituit:tanquam ſi ita diceret. Oꝛatio eſt vox ſignifi-
catiua ſecūdum placitum:cuius partes aliquid extra
ſignificant. Ex neceſſitate quidem vt dictio. Non ta-
men ſemper:vt affirmatio aut oratio. Neqꝫ enim po
teſt fieri:vt inueniatur oꝛatio: cuius partes non ita
aliquid extra ſignificent ex neceſſitate vt nomen aut
verbum cum inueniri poſſit:ut ita extra ſignificent
oꝛationis partes:vt tantum oꝛationes aut affirma-
tiones non ſint. Quare ſi ita dixiſſet:oꝛatio eſt vox ſi
gnificatiua:cuius partes aliquid extra ſignificant:
vt affirmatio:illas oꝛationes hac diffinitione nō cir-
cunſcripſiſſet:quarum partes quidem orationes ſūt:
ſed non affirmationes:vt ille verſus eſt:quem ſupꝛa
iam poſui. Sin vero ſic dixiſſet. Oꝛatio eſt vox ſignifi
catiua:cuius partes extra ſignificant aliquid vt oꝛa-
tio:illas oꝛationes in diffinitione reliquiſſet:quaruꝫ
partes ſimplices ſunt:vt eſt ſocrates ambulat. Sed
cum dicit oꝛationis partes ita ſignificare vt dictio-
nes non omnino vt affirmationes ⁊ ſimplices ⁊ com
poſitas hac diffinitiue concluſit. Simplices quidem
idcirco q̧ quelibet ſimplex paruiſſimaqꝫ oꝛatio nomi
ne ⁊ verbo coniungitur:que ſunt ſimplices dictiones
compoſitas vero:que cum habent oꝛationes in parti
bus: partes ipſe habent ſimplices dictiōes:que ipſe
ſimplices dictiones totius coꝛpoꝛis partes ſunt:vt cū
dico ſi dies eſt lux eſt:dies eſt:⁊ lux eſt:partes ſūt to
tius oꝛationis. Sed rurſus harum partium partes
ſunt dies ⁊ eſt:⁊ rurſus lux ⁊ eſt: que rurſus totius
oꝛationis per quam dico ſi dies eſt:lux eſt:partes ſūt
ſed dies ⁊ eſt:⁊ rurſus lux ⁊ eſt:ſūt ſimplices dictio
nes. Quo circa etiam compoſitarum oꝛationum par
tes indubitanter:ita ſemper ſignificant vt dictiones
non vt affirmationes:aut quedam oꝛationes. Qua-
re hanc diffinitionem Ariſtoteles recte conſtituit.
Ad hanc ergo ſententiam locum hunc Alexander ex
pedit: Illud quoqꝫ addens ſepe Ariſtotelem de affir
mationibus dicere dictiones:quod diſtinguere vo-
lens:cum diceret ita ſignificare partes oꝛationis tā-
quā dictionem:ne foꝛte dictionem hanc aliquis ī af-
firmationem ſuſciperet:addidit vt dictio non vt af-
firmatio:tanquā ſi diceret:duplex quidem eſt dictio
vna ſimplex:alia vero affirmatio. Sꝫ ita partes oꝛa-
tionis aliquid extra ſignificant:vt ea dictio: que eſt
ſimplex:non vt ea que eſt affirmatio:⁊ huiuſcemodi
quodāmodo intellectum tota alexandri ſententia te
net. Poꝛphyrius quoqꝫ in eadem ſententia eſt: ſed
in vno diſcrepat:cuius expoſitio talis eſt. Dictio in-
quit eſt ſimplex nomen:⁊ ſimplex etiam verbum: et
ex duobus compoſitum:vt cū dico ſocrates:vel rur-
ſus ambulat:vel equi ferus: procedit etiam nomen
dictionis ad oꝛationes quidem: ſed ſimplicibus ver-
bis ⁊ nominibus coniunctas:vt cum dico ſocrates ⁊
Plato ⁊ ſi ſit ex compoſito nomine:vt eſt equi ferus
⁊ homo. He orationes quamquā coniuncte ſint atqꝫ
imperfecte:tamen dictionis nomine nuncupatur:nec
non etiam tranſit nomen hoc dictionis vſqꝫ ad perfe
ctas orationes:quas enunciationes nuncupari poſte
rius eſt dicendum. Eſt auteꝫ enunciatio ſimplex: vt ſi
quis dicat ſocrates ambulat. Et hec dicitur affirma-
tio:huius negatio eſt: Socrates non ambulat. Sim-
plices ergo enunciationes ſunt affirmationes vel ne
gationes: que ſingulis verbis ac nominibus compo
nuntur. Itaqꝫ cum dico cum dies eſt lux eſt:tota qui
dem huiuſmodi oratio dictio eſſe non dicitur. Com-
poſita nāqꝫ cōiuncta que eſt ex orationibus:que ſunt
dies eſt ⁊ lux eſt. He autem ſunt affirmationes:⁊ di
cuntur dictiones. Ipſe vero affirmationes:que dicti
ones ſunt:habent rurſus alias dictiones ſimplices:
vt eſt dies ⁊ eſt:⁊ rurſꝰ ⁊ lux ⁊ eſt:ergo cuꝫ dico So
crates ambulat: hec oratio partes habet dictiones:
nomen ſcilicet ⁊ verbum:que dictiones quidem ſunt
nō tamē affirmationes. Sin vͦo dicā Socrates in li-
tio cum Platone:⁊ ceteris diſcipulis diſputauit.
Hec pars oꝛationis que eſt. Socrates in litio: ipſa
quoqꝫ eſt dictio:ſed non vt ſimplex nomen vel ver-
bum:que dictiones quidem ſunt non tamen affirma
tiones:neqꝫ vt affirmatio:ſed tantum vt imperfecta
oꝛatio que verbis tamen nominibuſqꝫ compoſita eſt:
q̧ ſi ſic dicam ſi homo eſt animal eſt. Hec rurſus oꝛa
tio habet dictiones in partibus: ſed neqꝫ vt ſimpli-
ces dictiones:neqꝫ vt imperfectas oꝛationes: ſed vt
perfectas:ſimpliceſqꝫ affirmationes:⁊ vna eſt affir-
matio animal eſt:alia vero homo eſt. Tota vero ipſa

oratio dictio non eſt quod ſi dicam ſi animal non eſt
homo non eſt:rurſus hec oratio ex duabus ſimplici-
bus dictionibus negatiuis videtur eſſe compoſita:
que nihilominus tota dictio non eſt.Ita ergo dictio
inchoans a ſimplicibus nominibus atqꝫ verbis vſqꝫ
ad orationes quamuis ad imperfectas prouehitur:
nec in his tantummodo conſiſtit:ſed vltra etiam ad
ſimplices affirmationes negationeſqꝫ tranſit:⁊ ſi in
eo progreſſionis terminum facit:ergo quoniam non
omnis oratio partes habet affirmationes ⁊ negatio
nes:que ſunt ſimplicium dictionum perfecte enuncia
tiones:quoniamqꝫ non omnis oratio imperfectas ora
tiones habet in partibus:omnis tamen oratio ſimpli
ces dictiones retinet: quippe cum omnis oratio ex
verbis nominibuſqꝫ iungatur:hoc ait. Orationis par
tes ſignificare ſemper quidem vt dictiones : non ta-
men ſemper vt affirmationes conſentiente Alexan-
dro:cuius expoſitionem ſupra iam docui:atqꝫ ita di-
ligentior vt lector differentias eorū recte perſpiciet:
⁊ conſentientes qui communicant intellectus.Hoc lo
co Aſpaſius inconuenienter interſtrepit:ait enim Ari
ſtotelem non in omnes orationes diffinitionem con-
ſtituere voluiſſe:ſed tantum ſimplices : que ex duo-
bus conſtant verbo ſcilicet ⁊ nomine:ſed ille perfal
ſus eſt.Neqꝫ enim ſi ſimplex oratio ſimplicibus ver-
bis nominibuſqꝫ conſiſtit:idcirco non cōpoſita quoqꝫ
oratio verba ⁊ nomina ſimiliter in partibus non ha-
bet.Quod ſi hoc commune eſt ſimplicibus orationi-
bus atqꝫ compoſitis:vt habeant in partibus quidem
dictiones ſimplices:non etiam affirmatiōes: vt etiā
orationes que affirmationes habent.He tamen ha-
beant in partibus ſimplices dictiones : Cur autem
hanc queſtionem in Ariſtotelem iaciat:ratione relin
quitur.Syrianus vero qui philoxenus cognomina-
tur:non putat orationes eſſe:quoniam intellectus ſit
imperfectus:atqꝫ ideo nec eas aliquas habere par-
tes.Nam cum dicit Plato in achademia diſputans.
Hec quoniam perfecta non eſt:partes inquit non ha
bet:arbitrans omne quod imperfectū eſt: nullis par
tibus contineri:atqꝫ ideo cum dicit Ariſtoteles:ora-
tio eſt vox ſignificatiua:cuius partes aliquid extra ſi
gnificant:illam orationem conſtitui putat que perfe
ctum retinet ſenſum:ipſius enim partes eſſe verba ⁊
nomina.Sed hoc ridiculum eſt:Neqꝫ enim aliquid
compoſitum fieri poteſt:niſi proprijs partibus. Qd̄
ſi quelibet res vt componatur habeat decem partes:
eas tamen ſingillatim apponi neceſſe ſit : antequam
ad decimam veniamus partem:nihilo tamen minus
erunt:quas ſibimet ad componendam totius corpo-
ris ſummam ſingillatim ſupponimus:etiam ſi ad il-
lud:quod componendum fuit:minime peruentum ē
Quo circa ſi antequam perueniatur ad decimam par
tem prioris effecti compoſitiqꝫ partes ſunt nulla ra-
tio eſt imperfecte rei partes dici non poſſe.Neqꝫ enī
dicitur totius compoſiti partes eſſe:que ſunt imper-
fecti:vt ſi ſit integrum nomen:habeat partes quatu-
or id eſt ſyllabas:vt merentius:ſi vnam ſyllabaʒ de-
mam:dicamqꝫ merenti:vel ſi vnam rurſus duaſqꝫ po
nam:vt ſunt meren:huius tamen vtraqꝫ ſyllaba me
ſcilicet ⁊ ren.partes ſunt: ⁊ cum ſit compoſitio ipſa
ſenſu vacua:ac ſit imperfecta:tamen partibus con-
tinetur.Syrianus igitur minime audiendus eſt. Sʒ
Porphyrius potius:qui ita Ariſtotelis mentem ſen
tentiamqꝫ perſequitur:vt eius diffinitionem que ve
ra eſt:labare ⁊ in aliquibus alijs diſcrepare non fa-
ciat.De his quidem hactenus. Porphyrius autem
ita dicit. Volens inquit Ariſtoteles oſtendere non
omnem orationem:aut ſimplices tantum habere par
tes aut compoſitas:a ſimplicibus ſumpſit exemplū:
vt diceret ſignificare partes orationis vt dictionem
non vt affirmationem:vt cum eſt oratio.Plato diſ-
putat dictiones quidem ſunt:ſed non vt affirmatio-
nes. Si vero ſic eſſet oratio.ſi Plato diſputat: ve-
rum dicit:Plato diſputat:⁊ verum dicit : cum ſint
dictiones:non ſunt tantum vt ſimplices:ſed etiam vt
affirmationes.Neqꝫ enim ſimplex dictio affirmatio
eſt aut negatio:ſed tunc fit cum additur aliquid : qd̄
aut affirmationis vim teneat aut negatiōis:atqꝫ hoc
eſt quod ait.Dico autem vt homo ſignificat: aūt ali-
quid:ſed non quoniam eſt:aut non eſt:ſed erit affir-
matio vel negatio:ſi quid addatur. Huiuſmodi hoc
eſt tanquam ſi diceret:nomen quidem ſimplex affir-
mationem:aut negationem non facit:niſi aut eſt ver
bum addatur:que eſt affirmatio:aut non eſt que eſt
negatio. Quod autem addit:ſed non vna hominis
ſyllaba:nec in eo quod eſt ſorex rex ſignificat:ſed vox
eſt nunc ſola.In duplicibus vero ſignificat quidem:
ſed nihil ſecundum ſe:quemadmodum dictum eſt.
Huius loci duplex eſt expoſitio. Quod enim dixerat
prius:ſʒ erit affirmatio vel negatio ſi qd addatur ei
dictioni:quam ſupra ſimplicem eſſe propoſuit : cum
de ſignificatiua orationis parte loqueretur : nunc id
adimplet ⁊ explicat dicens:non ſi quidlibet addatur
ſimplici dictioni:ſtatim fieri affirmationem vel nega
tionem:nec vero orationem: neqꝫ enim ſi quid non
per ſe ſignificatiuum dictioni ſimplici copuletur:id-
circo iam vel oratio vel affirmatio vel etiam negatio
procreabitur:neqꝫ enim ſi vna ſyllaba hominis que
ſignificatiua per ſe non eſt:copuletur eidem ipſi di-
ctioni:iam vlla inde procreatur oratio.Quod ſi ora-
tio non ſit:nec affirmatio nec propoſitio eſt:he enim
orationes quedam ſunt:vt ſi quis ex eo quod eſt ho-
mo tollat vnam ſyllabam:eamqꝫ toti dictioni ſimpli
ci aptet:dicatqꝫ o homo vel alio quolibet modo de-
cidens partem toti corpori dictionis adijciunt non fa
ciet orationem. Quod ſi hoc eſt : nec affirmationem
nec negationem:que quedam ſunt orationes.Ita er-
go accipiendum eſt:tanquam ſi hoc modo dixiſſet. di
co autem vt homo ſignificat aliquid : ſed non quo-
niam eſt aut non eſt:ſed erit affirmatio:vel negatio
ſi quid addatur:ſed non vt vna hominis ſyllaba ad-
datur:nec cuiuſlibʒ alteri⁹ dictionis.ſi quid non per
ſe ſignificat.vt in eo quod eſt ſorex rex non ſignificat:
ſed vox eſt nunc ſola. Atqꝫ iō ſi qs velut ptē tollat id
qd̄ ē rex:apponatqꝫ ei qd̄ ē Sorex: dicatqꝫ ſorex rex
vt rex tamquam pars ſit eius quod eſt ſorex:oratio
nulla eſt:atqꝫ ideo neqꝫ affirmatio nec negatio.Hee
enim ex vocibus per ſe ſignificatiuis conſtant. Rex
vero in eo quod eſt ſorex:quoniaʒ pars eſt nominis:
nihil ipſa ſignificat.Vel certe erit melior intellectus
ſi hoc quod ait.ſed non vna hominis ſylaba.non ap-
temus ad orationis perfectionem : ſed potius ad di-
ctionis ſignificationem:vt quoniam dixit ſuperi⁹ ora
tionis partes ſignificare ita vt dictionem non vt af-
firmationeʒ:que eſſet dictio manifeſte monſtret.Di
ctiones namqꝫ conſtituit voceʒ per ſe ſignificantem.
ergo cuʒ dicit.Sed non vna hominis ſyllaba.tale eſt
ac ſi diceret.ſignificat quideʒ pars orationis vt dictio
Sed he ipſe dictiones perfecte nomina ſunt ⁊ verba
non partes nominuʒ verborumqꝫ.In eo enim quod

ē equiferus currit: equiferus quidem dictio ē totius
orationis ſignificat eniꝫ vt pars orationis. ſed ferus
conſignificat vt pars nominis. atqꝫ ideo ferus dictio
non eſt. Quo circa ſi que alie ſyllabe in parte oꝛatio
nis ſunt: ideſt in nomine vel verbo: nihil per ſe ſigni-
ficant: quamquam ſint in parte nominis: quod nomē
pars oꝛationis eſt: nihil tamen ipſum ſignificat in to
ta oꝛatione: quare nec dictio erit. Audiendum ergo
eſt ita: tanquam ſi ſic diceret. Oꝛatio auteꝫ eſt vox ſi
gnificatiua: cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt
ſeparatum: vt dictio: non vt affirmatio: dico autem
vt homo ſignificat aliquid: ⁊ eſt quedam dictio ſim-
plex. Nam neqꝫ oꝛatio eſt quoniam ſimplex eſt: nec
affirmatio neqꝫ negatio: quoniam non ſignificat: aut
eſſe aut non eſſe. Sed erit tunc affirmatio: quando
aliquid additur: quod affirmationem negationem ue
conſtituat. Sed quod ad dictionem eſſe id quod dici-
mus homo. Idcirco dictio eſt: quoniam per ſe ſigni-
ficat. Syllaba vero eius nominis quod ē homo: quo
niam nihil deſignat: non eſt dictio. Hoc eſt enim: ſed
non vna hominis ſyllaba: vel ſi videatur quidem ſi-
gnificare: pars tamen ſit nominis: ⁊ conſignificet in
nomine. in tota oratione nihil ſignificat. Neqꝫ enim
ē pars oratiōis. Quod per hoc dixit quod ait. nec in
eo quod eſt ſorex rex ſignificat. ſed vox eſt nunc ſola
nihil ſignificans: vnde probatur huiuſmodi particu-
las non eſſe dictiones. Vox enim ſola non eſt dictio:
ſed vox per ſe ſignificans. Si qua autem ſunt inquit
nomina: que ſint compoſita ex alijs: vt eſt equiferus
emittunt quidem quandam imaginem ſignificandi:
ſed per ſe nihil ſignificant: conſignificant autem. In
ſimplicibus vero nominibus nec imaginatio vlla ſi-
gnificandi eſt: vt in eo quod eſt cicero: partes eius cū
ſimplices ſono: tum etiam intellectu pꝛeter cuiuſlibet
imaginationis ſimilitudinem ſignificationem ue ſunt
In duplicibus vero vult quod eſt pars ſignificare: ſꝫ
nullius ſeparatim ſignificatio eſt. Idcirco quoniam
ſolum conſignificat id quod totum compoſiti nomi-
nis coꝛpus deſignat. ipſum vero ſeparatum (vt ſepiꝰ
dictum eſt) nihil extra ſignificat.

¶ Eſt autem oratio omnis quidē ſignificatiua non
ſicut inſtrumentum: ſed (quemadmodū dictū eſt)
ſecundum placitum.

¶ Secundum placitum eſſe oꝛationes illa res appro-
bat: quod earum partes ſunt ad placitum: ideſt no-
men ⁊ verbum. Quod ſi omne compoſitum ab his ex
quibus eſt compoſitum: ſumit naturam. Vox que po
ſitione conſtitutis vocibus iungitur: ipſa quoqꝫ ſecū-
dum placitum poſitionemqꝫ foꝛmatur. Quare ma-
nifeſtum eſt oꝛationem ſecundum placitum eſſe.
Plato vero in eo libꝛo: qui ſcribitur cratylus: aliter
eſſe conſtituit: eamqꝫ dicit ſuppellectilem quandam
atqꝫ inſtrumentum eſſe ſignificandi res eas que na-
turaliter intellectibus concipiuntur: earumqꝫ intel-
lectum vocabulis diſcernendi. Quod ſi omne inſtru-
mentum naturalium rerum ſecundum naturam eſt:
vt videndi oculus: nomina quoqꝫ ſecundum naturaꝫ
eſſe arbitratur. Sed hoc Ariſtoteles negat: ⁊ Alexan
der multis in eo nititur argumentis monſtrans oꝛa-
tionem non eſſe inſtrumentum naturale. Ariſtoteles
vero ita vtitur dicens. Eſt autem oꝛatio omnis qui-
dem ſignificatiua: non ſicut inſtrumentum: tanquam
ſi diceret. Eſt quidem omnis oꝛatio ſignificatiua non
tamen naturaliter: inſtrumentum enim hoc demon-
ſtrat: tanquam ſi diceret naturaliter ſignificare. Qđ
qui inſtrumentum oꝛationem eſſe negant: non eam
naturaliter ſignificare dicunt: ſed ad placitum. Natu
ralium enim rerum naturalia ſunt inſtrumenta. Id-
circo autem inſtrumentum pꝛo natura poſuit: quod
(vt dictum eſt) Plato omnium artium inſtrumenta
ſecundum naturam ipſarum artium conſiſtere pꝛopo
nebat. Et Alexander quidem non eſſe inſtrumentum
oꝛationem ſic ingreditur appꝛobare. Omnis inquit
naturalium rerum ſuppellex ipſa quoqꝫ naturalis ē:
vt viſus quoniam natura datur: eius quoqꝫ ſuppel-
lex eſt naturalis: vt oculus. Eodem quoqꝫ modo au-
ditus cum naturalis ſit: aures nobis que ſunt audien
di inſtrumenta: naturaliter eſſe datas cognoſcimus.
Quare quoniam oꝛatio ad placitum non naturaliter
eſt. partes enim manifeſtum eſt oꝛationis ad placituꝫ
poſitas: que ſunt ſcilicet nomina ⁊ verba: ſicut mon-
ſtrat apud omnes gentes diuerſitas vocabuloꝛum.
Quoniam ergo per hec ſecundum placitum omnis
oꝛatio eſſe monſtratur. Quod autem ſecundum pla-
citum eſt: non eſt ſecundum naturam: nō eſt ergo oꝛa
tio ſuppellex. Significandi enim ratio atqꝫ poteſtas
naturaliter non eſt. Quod ſi oꝛatio naturaliter nō ē:
nō ē ſuppellex. His alijſqꝫ ſimilibꝰ rōnibus mōſtrat
non eſſe ſuppellectilem oꝛationem. Quo circa dicen-
dum nobis eſt: naturaliter quidem eſſe voces pote-
ſtateſqꝫ naturaliter vocabula rebus impꝛimendi: nō
tamen naturaliter ſignificatiuas: ſed poſitione.
Sicut ergo naturaliter ſingularium artium ſumus
ſuſceptibiles: ſed eas non naturaliter habemus: ſed
doctrina concipimus. Ita vox quidem naturaliter
eſt: ſed per vocem ſignificatio non naturaliter.
Neqꝫ enim vox ſola nomen eſt aut verbum: ſed vox
quedam addita ſignificatione: ⁊ ſicut naturaliter eſt
moueri: ſaltare vero cuiuſdam iam artificij: ⁊ poſitio
nis: ⁊ quemadmodum es quidem naturaliter ē. Sta
tua vero poſitione vel arte. Ita quoqꝫ poſſibilitas
ipſa ſignificandi: ⁊ vox naturalis eſt. Significatio ve
ro per vocem poſitionis eſt: non nature. Hactenus q
dem de communi oꝛatione loquutus eſt: nunc autem
tranſit ad ſpecies eius. Ait enim.

¶ Enunciatiua vō, nō omnis: ſed illa in qua verum
vel falſum ineſt. non autem in omnibus ineſt: vt de
precatiua oratio quidē eſt: ſed neqꝫ vā neqꝫ falſa.
cetere quidē igitur relinquāt. rhetorice enim vel
poetice conuenientior conſideratio eſt. enunciati-
ua vero preſentis ſpeculationis eſt.

¶ Species quidem oꝛationis multe ſunt: ſed eas va-
rie partiuntur: at vero peripatetici quinqꝫ parti-
bus omnes ſpecies oꝛationis ac membꝛa diſtribu-
unt. Oꝛationis autem ſpecies dicimus perfecte: nō
eius que eſt imperfecta: perfectas autem voco eas
que complent expediuntqꝫ ſententiam. Et ſit no-
bis hoc modo diuiſio. Sit genus oꝛatio: oꝛationis
aliud eſt imperfectum: quod ſententiam non expe-
dit: vt ſi dicam Plato in licio: aliud vero perfe-
ctum. Perfecte autem oꝛationis alia eſt depꝛecati
ua: vt adſit letitie bachus datoꝛ. Alia imperatiua: vt
accipe daqꝫ fidem. Alia interrogatiua: vt quo te me
ri pedes: an quo via ducit: in vꝛbem. Alia voca-
tiua: vt o qui rex hominumqꝫ deumqꝫ eternis regis
imperijs. Alia enunciatiua: vt dies eſt: dies non eſt.
In hac ſola que eſt enunciatiua: veri falſiue natura
ꝑſpicitur

pſpicitur. In ceteris eniꝫ neqꝫ veritas neqꝫ falſitas inuenitur. ⁊ multi quidem plures ſpecies eſſe dicunt perfecte orationis. alii autem innumeras eorum differentias produnt. ſed nihil ad nos. Cuncte enim ſpecies orationis aut oratoribus accommodate ſunt aut poetis. ſola enunciatiua philoſophis. Ergo hoc dicit. Non omnis oratio enunciatiua eſt. Sunt enim plurime que enunciatiue non ſunt: vt he quas ſupra poſui. Hec autem ſola eſt in qua verum falſumve inueniri queat. Quocirca quoniam iſtam in qua veritas vel falſitas inuenitur. dialecticis philoſophiſqꝫ eſt requirere. Cetere autem oratoribus atqꝫ poetis accommodate ſunt: iure de hac ſola tractabitur. ideſt de enunciatiua oratione. Hucuſqꝫ ergo de partibus interpretationis: ⁊ de communi oratione locutus eſt. Nunc autem aſtringit modum diſputationis in ſpeciem: ⁊ de vna ſpecie orationis tractat: deqꝫ vna interpretatione q̄ eſt enunciatiua. Species nāqꝫ eſt enunciatio interpretationis: negatio vero ⁊ affirmatio enunciationis. Quare de enunciatiua oratione conſiderandi hinc cum ipſo Ariſtotele cōmodiſſimuꝫ ſumamus initium.

¶ Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio: alie vero omneꝫ coniunctione vne. Neceſſe eſt autem omnes orationem enunciatiuam ex verbo eſſe vel caſu verbi. etenim hominis ratio ſi non eſt: aut fuit: aut erit: aut aliquid huiuſmodi addatur: nondum eſt oratio enūciatiua. Quare autem vnum quiddam eſt: ⁊ non multa animal greſſibile bipes. Neqꝫ enī eo quod propinqꝫ dicuntur. vnum erit. eſt autem alterius hoc tractare negocij.

¶ Una oratio duplici modo tractatur: vel cum per ſe vna eſt: vel cum per aliquam coniunctionem iungitur. Uel certe ita dicendum eſt. Alie orationes naturaliter vne ſunt: alie vero poſitione. Et naturaliter vne quidem ſunt orationes que non diſſoluuntur in alias orationes: vt eſt ſol oritur. Que autem poſitione ſunt vne in alias orationes diſſoluuntur: vt eſt. ſi homo eſt animal eſt. hec enim in orationes alias ſeparatur. ⁊ quemadmodum lignum vel lapis ſingillatim in propria natura conſiſtunt ⁊ ſunt vna: ex his autem facta nauis vel domus q̃ue cum pluribus quidem conſtent: vne tamen arte ſunt. non natura. Ita quoqꝫ in orationibus ſimplices eas ⁊ per ſe naturaliter vnas orationes dicimus: que verbo tantum et nomine iunguntur. Compoſitas autem que in alias (vt dictum eſt) orationes diuiduntur. multas enim orationes in huiuſmodi orationibus coniunctio iungit: vt ſi dicam ¶ Plato eſt ⁊ ſocrates eſt. hec coniunctio ⁊ vtraſqꝫ coniunxit. atqꝫ ideo vna videtur poſitione: que naturaliter ⁊ per ſe vna non fuerat. naturaliter autem vnius orationis due partes ſunt affirmatio ⁊ negatio. ſed quoniam non ita dixit. eſt auteꝫ vna oratio enunciatiua affirmatio vel negatio. eſt enim vna coniunctione. Sed ait. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. deinde negatio. huiuſmodi oritur queſtio. Utrum id quod ait prima ad affirmationem referatur: vt ſit poſterior negatio. an id quod ait prima ad ſimplicem retulerit orationem: vt ſecunda ſit: que ex orationibus iungitur. quam dubietatem ipſe diſſoluit. Sic enim inquit. Eſt auteꝫ vna prima oratio enunciatiua affirmatio: ⁊ vt quam ſecundam diceret demonſtraret ait. deinde negatio. vt primam affirmationem poneret: ſecundam negationem. Quod ſi ita dixiſſet. eſt auteꝫ vna prima enunciatiua oratio affirmatio: vel negatio deinde coniunctione vne. ita oporteret intelligi tanquam ſi diceret illam eſſe primam orationem que ſimplex eſſet: cuius partes affirmatio eſſent atqꝫ negatio: Secundam vero illam que coniunctione quadam vna fieret: cum ex orationibus iungeretur. Sed quoniam id quod ait prima ad affirmationem iunxit dicens. eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. ad negationem vero deinde ſubiixit dicens: deinde negatio. Dicendum eſt primam eū orationem eſſe arbitrari affirmationem. Secundam vero negationem: cui deinde continenter appoſuit. Sed rurſus incurrimus Alexandri queſtionem. ¶ Per hoc enim negat affirmationem negationemqꝫ ſub vno genere poni oportere ideſt ſub enunciatione: ꝙ in his que priora vel poſteriora ſunt: commune genus non poteſt inueniri. Sed hoc ſupra iam dictum eſt non oportere omnia quecunqꝫ quolibet modo priora vel poſteriora ſunt: a genere communi ſecernere. Aliοquin ſic prime ⁊ ſecunde ſubſtantie ſub vno genere ſubſtantie non ponentur. Sic etiam ſimplices ⁊ compoſite orationes. quarum ſimplices propoſitiones prime ſunt: poſteriores compoſite vno genere non continebunt. Sed illa ſola putanda ſunt ſub eodem genere poni non poſſe: que ad ſubſtantiam priora vel poſteriora eſſe cognoſcimus. Que vero ad ſuum eſſe equalia ſunt: nihil prohibet ſub eodem genere vtraqꝫ conſtitui. Ergo quoniam affirmationi ⁊ negationi hoc eſt eſſe: ꝙ in his veritas ⁊ falſitas reperitur. hec autem eſt enunciatio: in qua ſcilicet veritatis ⁊ falſitatis conſtituta ſit ratio. quoniam ad id quod veri falſiue ſignificatiue ſunt: neqꝫ affirmatio prior: neqꝫ negatio poſterior eſt. Nullus dubitat quo equalier participant affirmatio ⁊ negatio: idem generi poſſe ſupponi. ſed affirmatio ⁊ negatio equaliter participant enunciatione: ſiquidem enunciatio veri falſiqꝫ vtitur ſignificatione. ⁊ affirmatio ⁊ negatio veritatem atqꝫ mendacium equaliter monſtrant. enunciatio igitur affirmationis ⁊ negationis genus eſſe ponenda eſt. Quod ergo ait. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio alie vero coniunctione vne. Ita intellegendum eſt: ꝙ affirmationem primam: ſecundam vero negationem: cui addidit deinde: in prolatione poſuerit. prior enim eſt affirmatio: poſterior negatio in prolatione duntaxat: non ſecundum veri falſiqꝫ deſignationem. Quocirca nihil prohibet ⁊ priorem putari affirmationem negatione: ⁊ tamen vtraſqꝫ ſub vno genere ideſt enunciatione conſtitui. Sed quod ſecutus eſt. neceſſe eſt autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo eſſe vel caſu. huiuſmodi eſt. volens Ariſtoteles diſtribuere dictioneꝫ: affirmationem: negationē: enunciationem: contradictioneꝫ: ſenſuꝫ confuſa breuitate permiſcuit: ⁊ nebulis obſcuritatis implicuit: oportuit nāqꝫ prius quid eſſet dictio. poſt autem q̄d affirmatio: ⁊ negatio: ⁊ rurſus q̄d eſſet enunciatio ⁊ contradictio cōſtituere. Sꝫ hoc interim ꝑtermittit. nunc vero quēadmodō cōſtituaꝝ enunciatio docet dicens. Quod oīs enunciatio cōſtet verbo: quoniam ſimplex dictio eſt nomē aut verbuꝫ. Omnis enunciatio ſimplex huiuſmodi eſt: vt ſemper

quidem vel verbum vel aliquid qđ idem valeat:tam
quam ſi diceretur:verbum vel caſum verbi ī predica
tione retineat.ſed non ſemper ſubiectus terminus ſit
ex nomine:ſemper tñ predicatus ex verbo ſit.n.huiuſ
modi propoſitio:que eſt ſol oritur.in hac ergo propo
ſitione ꝙ dico ſol oritur.ſubiectum eſt ſol.ꝙ vero di-
co oritur predicatuꝫ.⁊ vtraſqꝫ has dictiones termīos
voco.ſed quodcūqꝫ prius dicitur in ſimplici enūciatio
ne:illud ſubiectum eſt:vt in hac ſol.quod vero poſte
rius:illud predicatum:vt in eadem oritur: Ergo ne-
ceſſe eſt omnem enunciatiuam orationeꝫ ſi ſimplex ſit
verbum in predicatione retinere:vt in eadeꝫ ipſa:cū
dico ſol oritur.oritur verbum eſt.vel quod idem va-
leat:vt eſt ſocrates non ambulat.non ambulat enim
infinitum verbum eſt:⁊ verbum quidem non eſt:ſed
eandem vim retinet quam verbum.Caſus etiam ver
bi ponitur ſepe:ut ſocrates fuit.ſubiectus vero ter-
minus non ſemper conſiſtit in nomine poteſt enim in
finitum nomen habere vt cum dico.non homo ambu
lat.poteſt ⁊ verbum:vt cum dico.ambulare moueri ē
ergo(vt arbitror)plene monſtratum eſt non ſemper
ſubiectum nomen eſſe:ſed ſemper predicatum in ſolo
verbo conſiſtere.Approbans ergo verba ſemꝑ in pre
dicationibus poni.hoc addidit. niſi enim aut eſt aut
fuit.aut aliquid huiuſmodi ſit additum:aut qđ ideꝫ
valeat apponatur:enunciatio non fit.cum enim dico
homo eſt.eſt verbum in predicatione propoſui. Sin
vero dixero.homo viuit.idem valet tanqꝫ ſi dicaꝫ ho
mo viuus eſt.Ergo non poſſe ſine verbo affirmatio-
nem negationem ve conſtitui docuit per id quod ait.
etenim hominis ratio ſi non aut eſt:aut erit:aut fuit
aut aliquid huiuſmodi addatur: nondum eſt oratio
enunciatiua.Hoc enim dicere videtur.Diffinitio ho
minis eſt verbi gratia animal greſſibile bipes. ⁊ hec
ratio eſt humane ſubſtantie.ergo hec ratio niſi ei eſt:
aut erit:aut fuit:aut quodlibet verbum( ſicut ſupra
dictum eſt)apponatur:enunciatio non fit.neqꝫ enim
verum neqꝫ falſum eſt.Si enim dicam tantum aīal
greſſibile bipes. nulla me veritas mendacium ve cō
ſequitur.Sin autem dixero animal greſſibile bipes
eſt vel non eſt.affirmatio mox negatioqꝫ conficit̄ q̄s
enunciationes eſſe quis dubitet.Sed cum de ſimpli-
cibus enunciationibus loqueretur ait.hominis ratio
nem ideſt diffinitionem non eſſe enunciationem:niſi
ei aut eſt:aut erit:aut huiuſmodi aliquid apponatur
approbans ſcilicet vnam eſſe ⁊ non multiplicem ora-
tionem diffinitionis humane:cui ſi eſt:aut erit:aut fu
it adderetur:enunciationem ſimplicem faceret. Cur
vero vna ſit talis oratio:cauſa queritur neqꝫ enim ex
ſolis duobus terminis conſtat id quod dicimus ani-
mal greſſibile bipes.⁊ que nominat:plura ſunt. qua
re ipſe ſibi inſtitit:⁊ de ſua propoſitiōe rationem que
ſiuit:quam nunc dicere ſuperſedit. ait enim. Quare
autem vnum quiddam eſt ⁊ non multa animal greſ-
ſibile bipes.neqꝫ enim in eo quod dicuntur propin-
que:vnum erit.Eſt autem alterius hoc tractare ne-
gocii.Hoc ſcilicet querens tanqꝫ ſi ita ipſe ex perſo-
na ſua diceret.de ſimplicibus enunciationibus omni-
bus ipſe loquebar.deqꝫ his propoſui eas preter ver-
bum eſſe non poſſe.⁊ ad hanc rem probandam exem-
plum ſumpſi diffinitionem hominis: cui niſi eſt : aut
erit aut fuit apponetur:enunciationem non fieri di-
xi:quaſi vna ⁊ non multiplex eſſet oratio ea per quaꝫ
dicit̄ animal greſſibile bipes:de qua fieri poſſit ſim
plex enunciatio. Cur autem eſſet vna oratio animal
greſſibile bipes:alterius inquit eſt hoc tractare ne-
gocii:cum de rebus:non de propoſitionibus perſpici
endum eſt.Nam non idcirco vna oratio eſt quia con
tinue dicitur:⁊ coniuncte ſibimet : animal greſſibile
bipes.hoc enim ſi ita eſſet:poſſemus ⁊ hanc orationē
que tam multa ſignificat:vnam dicere ſi continue ꝓ
feratur:vt eſt ſocrates pholoſophus ſimus caluus ſe
nex.ergo quemadmodum huiuſmodi oratio ſit multi
plex ⁊ non vna poſterius dicemus.ergo nunc manife
ſtum ſit hanc orationem que dicit.ſocrates philoſo-
phus ſimus caluus ſenex.non eſſe vnam ſed multipli
cem.ſi ergo propinquitas proferendi ipſa continua-
tione vnam faceret orationem:poſſet hec quoqꝫ vna
eſſe oratio: que manifeſte non vna eſſe docebitur.
Quare nō idcirco erit vna oratio ea que dicit animal
greſſibile bipes.quod continuē ⁊ propinque profer-
tur.Que autem cauſa ſit vt vna ſit:ipſe dicere ſuſtu-
lit.ſed in libris eius operis quod μετὰ τὰ φυσικά
inſcribitur:expediuit.Theophraſtus autem in libro
de affirmatione ⁊ negatione ſic docuit: diffinitionem
vnam ſemper eſſe orationem:eamqꝫ oportere conti-
nuatim proferri.illa enim vna oratio eē dicitur: que
vnius ſubſtantie deſignatiua eſt. Diffinitio autem
vt verbi gratia hominis animal greſſibile bipes:vna
eſt oratio per hoc:quoniam vnum ſubiectuꝫ ideſt ho
minem monſtrat.Si ergo continue proferatur ⁊ nō
diuiſe:vna eſt oratio: ⁊ qa continue dicitur : ⁊ quia
vnius rei ſubſtantiam monſtrat.Sin vero quis diui
dat:⁊ orationem vnam rem ſignificantem proferen-
di intermiſſione diſtribuat:multiplex fit oratio: vt ſi
dicat animal greſſibile bipes.vnā rem mihi tota mō
ſtrat oratio:⁊ continue dicta eſt.Sin vero dicat ani-
mal:⁊ rurſus greſſibile : ⁊ ſub intermiſſione repetat
bipes: multiplex erit diſtributa intermiſſiōe oratio.
Et rurſum aduerſum id queſtio.⁊ quis hoc non iure
culpet poſſe eam:que vna eſt orationem intermiſſio-
ne proferendi fieri multiplicem:cum continuatio ꝓ-
ferendi non faceret vnam:que eſſet multiplex per na
turam.Sicut enim in illis que multiplices ſunt natu
raliter:non poteſt continuatio proferendi vnam face
re orationem.Si quoqꝫ non debet que eſt vna natu-
raliter oratio:idcirco ꝙ de vno ſubiecto dicatur:fieri
multiplex per intermiſſionem. Sed hoc ita ſoluitur.
Nam cum animal dicimus. ⁊ ſub intermiſſione rur-
ſus greſſibile:eodemqꝫ modo iterum bipes: non hec
ita dicimus:tanquam ſi in vnū cuncta coniuncta ſint
Quocirca quoniam eſt quidem animal:rurſus greſ-
ſibile eſt:rurſus bipes:quoniam plura ſunt.⁊ plurali
ter dicta ideſt diſtributa:non videntur ad vnum ſu-
biectum diſtributa poſſe predicari.ſicut cum dico ſo-
crates philoſophus ſimus. caluus.ſenex. hec omnia
non eſt ſimplex oratio:nec ſi continue proferatur : ꝙ
ad vnam ſubſtantiam non tendunt. accidentia enim
ſunt:⁊ extrinſecus veniunt. Probatur autem neqꝫ
eas orationes : que per diuiſionem dicuntur : neqꝫ
eas que non ad vnam ſubſtantiam tendunt : vnas
eſſe hoc modo. ſi dicat quis animal. ⁊ rurſus greſ-
ſibile : ⁊ iterum bipes:non vnum eſt animal:nec vnū
greſſibile:nec vnum bipes.Sin vero dixero aīal greſ
ſibile bipes continue:⁊ propinque:vnū eſt:quod tria
iſta iuncta ſignificant ideſt homo.Conuertamus nūc
aīum ad eas:que plura quidem ſignificant: ſed conti
nue proferuntur: vt cum dico ſocrates philoſophus
caluus ſenex.videtur quaſi quedā ſocratis eē diffini-
tio philoſophus caluus ſenex.ſed non neceſſe ē.ſi hu-
iuſmodi

¶ Cuꝫ duobus terminis ſimplex propoſitio conſtet: ⁊ vnus ſubiectus ſit: ⁊ alius predicet̃: ſubiectus autem ſit: qui primus dr̃: predicatus vero qui poſterius: dicit illa oppoſitione affirmationeꝫ ⁊ negationem integrã conſtituere contradictionẽ: que idem ſubiectum hñt: idem etiã predicatũ: vt ſubiectum neqꝫ predicatũ plura ſignificet: alioqn non erit contradictio neqꝫ aliqua oppoſitio: vt cum dico ſocrates albus eſt: ⁊ alius dicit ethiops albus non eſt: hec affirmatio atqꝫ negatio non ſunt oppoſite. Idcirco qꝛ eſt aliud ſubiectũ ⁊ idem predicatũ. In affirmatione .n. ſocrates ſubiectus fuit in negatione ethyops. Rurſus cum dico ſocrates albus eſt: ⁊ alius dicit ſocrates philoſophus non eſt: nec hec rurſus negatio contra affirmationeꝫ retinet oppoſitioneꝫ: ideo qꝛ aliud p̃dicatũ in vtriſqꝫ proponit̃ in affirmatione .n. album predicat̃ ad ſocratem: in negatione philoſophus. Quod ſi vtraqꝫ ſunt diuerſa: multomagis nulla fit oppoſitio: vt cum dico ſocrates philoſophus eſt. ſi reſpondeat alius plato Romanus non eſt. hic neqꝫ ideꝫ ſubiectũ eſt: neqꝫ idem predicatum. ⁊ plus iſte diuerſe ſunt: ⁊ nulla contra ſe oppoſitione cõpoſite: atqꝫ ideo poſſunt vtreqꝫ ſimul eſſe vere: ⁊ ſi ita cõtingit vtreqꝫ ſimul eſſe falſe: necnon etiã vna vera: altera falſa. Que .n. ſe nõ pimũt: nihil eas ĩpedit aut vtraſqꝫ falſas: aut vtraſqꝫ veras: aut vnam verã: falſam alterã reperiri. quare quorum vel aliud ſubiectũ eſt: vel aliud predicatum: illa oppoſita eſſe nõ dicimus. vñ fit vt nec illa quoqꝫ que plura ſignificant: ſi ſubiecta aut predicata ſint: cõtradictoriã negationem valeant cuſtodire: ſi quis .n. nomen equiuocum ſubiciat ⁊ aliud predicet: ⁊ ſi quis contra huiuſmodi affirmationem cõſtituat negationem: nõ faciet oppoſitionem vt cum dico cato ſe vtice occidit. nomen hoc qđ dicitur cato equiuocum eſt. põt enim ⁊ orator intelligi: ⁊ hic qui exercitum duxit in Affricã. Si quis igit̃ dicat: cato ſe vtice occidit. poteſt fortaſſe intelligi de catone martie. ſi quis reſpondeat cato ſe vtice non occidit. põt de catone cenſorino conſtituiſſe negationem. Sed qm̃ diuerſus eſt cato cenſorinus catone martie: ⁊ nomen ipſum catonis diuerſa ſignificat: diuerſe erunt a ſe affirmatio ⁊ negatio: ⁊ id non oĩo perimit negatio: qđ ꝯſtituit affirmatio. Affirmatio .n. conſtituit marcie Catonẽ ſe vtice peremiſſe. Negatio vero dicit Catonem ſi ita contingit oratorem non ſe vtice peremiſſe. q̃re non cõſtituũt veꝝ ĩter ſe falſũqꝫ: idcirco ꝙ a ſe diuerſe ſũt. nã vtrumqꝫ veꝝ eſt ⁊ ꝙ ſe cato vtice occidit ſcilicet marcie: ⁊ ꝙ ſe cato vtice non occidit. ſ. orator atqꝫ hic equiuocum ſubiectũ fecit: vt hec affirmatio ⁊ negatio oppoſitionem nullo mõ conſtituerent. Quod ſi predicatum fuerit equiuocũ: eodem mõ contradictio nõ fit. Dicat enim quiſq̃ꝫ cato fortis eſt ⁊ de catone predicet fortitudinem mentis: aliuſqꝫ reſpondeat cato fortis non eſt ad imbecillitatẽ corporis ſpectans: ita igit̃ equiuocatio fortitudinis ambiguitatem fecit: que oppoſitionem nulla ratione cõponeret. ⁊ ſi vterqꝫ terminus ſubiectus ⁊ predicatus equiuoci fuerint: multomagis diuerſe a ſe erunt ꝓpoſitiones ⁊ non oppoſite: nec inter ſe verũ falſumqꝫ diuidentes: ſed vtraſqꝫ veras: interdũ vtraſqꝫ falſas eſſe contingit. Quare vnum opꝫ eſſe ſubiectum vnũqꝫ predicatũ: vt id qđ affirmatio predicauit ⁊ iunxit: idẽ negatio diuidat et abiungat: ⁊ id quod de ſubiecto affirmatio predicauit: de eodem negatio neget. Nam ſi ſit vterqꝫ equiuocus terminus aut quilibet vnus eorum: fieri põt vt aliud tollat negatio quaꝫ affirmatio poſuerat. ita ꝙ nulla ſit oppoſitio. quare non ita faciendũ eſt: ſed idem ſubiectum ⁊ predicatũ in affirmatione eſſe debet: idem in negatione: atqꝫ hoc eſt qđ ait: dico autẽ opponi eiuſdem de eodẽ: non autem equiuoce. Qđ enim ait eiuſdẽ ad predicatũ retulit qđ de eodem ad ſubiectũ. ⁊ ſubaudiendũ eſt. dico autem opponi negationẽ eiuſdẽ predicati de eodem ſubiecto: ſed vt non ſint equiuoca neqꝫ ſubiectum neqꝫ predicatũ: ⁊ multomagis vtraqꝫ: ſed vnum aliqd ſignificent. quod ꝑ hoc dixit: qđ ait. non aũt equiuoce: nec ſola ſi non ſit equiuocatio: ratio firma eſt ad conſtituendã oppoſitionem. Multa .n. ſunt que in ſophiſticis elenchis cõtra eos qui argumentis fallacibus vere rõnis viã conant̃ euertere: determinauit quẽadmodum faciende eſſent ꝓpoſitiones ⁊ quẽadmodũ inuenienda eſſet argumentoꝝ fallacia: qđ hic ait: ⁊ quecũqꝫ cetera talium determinauimus cõtra ſophiſticas importunitateſ tanq̃ꝫ ſi diceret. dico qdem opponi affirmationẽ negationi eiuſdẽ predicati de eodẽ ſubiecto: hoc ⁊ quecunqꝫ alia ſunt q̃ in ſophiſticis elẽchis determinata ſunt cõtra argumentoꝝ importunitates. ⁊ hic quidẽ qm̃ aliud negocium erat cõmodiſſime breuiterqꝫ ꝑſtrinxit. nos aũt quid in ſophiſticis elenchis determinauerit ad conſtituendã oppoſitionis contradictionẽ quantũ breuitas patitur: nõ grauamur opponere. Non .n. ſolum ſi equiuocatio in propoſitionibus collocetur: nulla fit cõtradictio: verũ etiam ſi vniuocatio in negatione ponit̃: illa oppoſitio contradictionẽ penitus non habebit: eſt .n. oppoſitio hñs contradictionem: in qua affirmatio ſi vera eſt: negatio falſa ſit: ſi negatio vera eſt: fallax affirmatio videat̃. Poſitis ergo ſm̃ vniuocationẽ terminis vtraſqꝫ ſimul ⁊ affirmationẽ ⁊ negationẽ veras eſſe contingit: vt ſi quis dicat homo ambulat: hõ non ambulat: affirmatio de quodã homine vera eſt: negatio de ſpeciali vera: ſed ſpecialis homo ⁊ particularis vniuoca ſunt. Quocirca ſumptis vniuocis contradictio non fit: at vero nec ſi ad aliam ⁊ aliam partem affirmatio negatioqꝫ ponatur: fit in ipſis vlla veri falſiqꝫ diuiſio: ſed vtraſqꝫ veras eſſe contingit: vt cum dico oculus albus ẽ: oculus albus non eſt. In alia .n. parte albus eſt: in alia albus non eſt: atqꝫ ita negatio vͣa eſt ⁊ affirmatio: nec ſi ad aliud: atqꝫ aliud referens dicat nulla inde cõtradictio procreat̃: vt cum dico decem dupli ſunt decem dupli non ſunt: nã ſi ad quinariũ referam: vera eſt affirmatio: ſi ad ſenariũ: vera negatio: nec ſi diuerſum tẽpus in affirmatione ac negatione ſumat̃: vt cũ dico ſocrates ſedet: ſocrates non ſedet. alio .n. tempore ſumptũ ſedere veram facit affirmationẽ: alio tempore non ſedere verã facit negationẽ. Amplius quoqꝫ

ſi diuerſo

ſi diuerſo modo quis dicat in negatione quod iam in affirmatione propoſuit: vim contradictionis intercipit. Si quis enim dicat affirmationem poteſtate. negationem vo actu: poſſũt affirmatio ⁊ negatio vno tempore congruente veritate ꝯſtitui: vt ſi quis dicat catulus videt: catulus non videt. poteſtate eni videt actu vo non videt. Quocirca oportet fieri ſi facienda eſt contradictio eiuſdem (vt ipſe ait) predicati de eodem ſubiecto non equiuoce ſed vniuoce: ad eandem partem: ad idem relatum ad idem tempus eodeꝫ modo conſtitui. Que oĩa in ſophiſticis elenchis diligentiſſime proſecutus eſt. nunc pauca cõmemorãs diſtulit in illis libris integram diſputationem. Eſt aũt enũciatio de eo quod eſt aliquid eſſe vel nõ eſſe. Affirmatio quidem de eo quod eſt eſſe vt plato philoſophus eſt. Negatio vo de eo quod eſt non eſſe: vt plato philoſophus non eſt: Hec vtraqꝫ enunciatio plato philoſophus eſt. plato philoſophus non eſt ſeſe perimẽtia ⁊ in contrarium quaſi quodam locata litigio faciunt contradictionem. Contradictio vo eſt oppoſitio affirmationis ⁊ negationis: in qua neqꝫ ambas falſas: neqꝫ ambas veras eſſe contingit: ſed vnam ſemper veram: alteram vo falſam. ſi qua autem ſunt hmõi: in quibus verum falſumqꝫ affirmatio negatioqꝫ non diuidat: in illis aliquid diuerſum ⁊ non ad oppoſitionem integram reperitur. Dicit autem porphyrius argumentum eſſe ad id quod dicimus affirmationem negationi ita oportere opponi: vt vna vera oppoſita ĩ alteram mox falſitas veniat cõmunem inter nos conſuetudinem colloquẽdi. Quãdo enim quis aliquid eẽ dixerit idem alius negauerit. vnum ipſoꝝ verũ dicere: mentiri alium ſuſpicamur. Amplius quoqꝫ. Si aliquid aut eſt aut non eſt mediumqꝫ inter eſſe ⁊ non eẽ nihil poterit inueniri. affirmatio auteꝫ ponit aliquid eſſe: ideꝗ aufert negatio: ⁊ eſt contradictio affirmatio etiam negatio oppoſite: talis oppoſitio integram facit contradictionẽ: ĩ qua affirmatio ⁊ negatio vtreqꝫ vere ſimul eſſe non poſſunt. Affirmationis autem negationiſqꝫ natura ad qualitatem quandam refert. Qualitas enim quedam eſt affirmatio atqꝫ negatio: preter hanc vo qualitatem eſt etiam quantitas propoſitionum. de qua poſterius paulo dicendum eſt. Sed volens Ariſto. quid eſſet contradictio nos doce re prius vbi eſſet oſtendit. in oppoſitione eni contra dictionem omnem neceſſe eſt eſſe. Quare quoniam contradictio in oppoſitione eſt. qualis autem oppoſitio hanc contradictionẽ faciat: adhuc ignota eſt. Eſt qꝫ hec oppoſitio aut in qualitate propoſitionum aut in quantitate aut in vtroqꝫ. ⁊ de qualitate propoſitionum que in affirmatione ⁊ negatione conſiſtit: dictum eſt: nunc de quantitate dicetur: vt ea quoqꝫ cognita perſpiciatur: an in qualitate: an in quantitate. an in vtroqꝫ propoſitionum contradictio ſit.

¶ Quoniam autem ſunt hec quidem reruꝫ vniuerſalia. illa vero ſingularia. Dico autem vniuerſale quod in pluribus natum eſt predicari. ſingulare vero quod non vt homo quidem vniuerſale plato vero eorũ q̃ ſunt ſingularia. neceſſe eſt autem enũciare. quoniam ineſt aliquid aut non. aliquotiens quidem eorum alicui que ſunt vniuerſalia. aliquotiens autem eorum que ſunt ſingularia.

¶ Omnis propoſitio ſignificationis ſue proprietatem ex ſubiectis intellectibus capit. Sed quoniam neceſſe eſt intellectus rerum eſſe ſimilitudines: vis ꝓpoſitionum per intellectus ad res quoqꝫ continuatur. Atqꝫ ideo cum aliquid vel affirmare cupimus vel negare: hoc ad intellectus ⁊ conceptionis animi qualitatem refertur. Quod enim imaginatione intellectuqꝫ concipimus: id in affirmatione aut in negatiõe ponentes affirmamus. ſ. ⁊ negamus ⁊ principaliter quidem ab intelligentia propoſitiones vim capiunt: ⁊ proprietatem. Secundo vero loco ex rebus ſumunt: ex quibus ipſos intellectus conſtare neceſſe eſt. vnde fit vt ⁊ q̃titate ꝓpoſitio ⁊ qualitate participet. Qualitate quidem in ipſa affirmationis ⁊ negationis prolatione: quam ex proprio quis iudicio emittit ac profert. quantitate vero ex ſubiectis rebus quas capiunt intellectus: videmus nãqꝫ alias eſſe ĩ rebus huiuſmodi qualitates: que in aliam conuenire nõ poſſunt niſi in vnã quamqꝫ particularem ſingularemqꝫ ſubſtantiaꝫ. alia eſt enim qualitas ſingularis: vt platonis vel ſocratis: alia eſt que communicata cum pluribus totam ſe ſingulis ⁊ omnibus prebet: ⁊ eſt ipſa humanitas. Eſt. n. quedã huiuſmodi qualitas: que ⁊ in ſingulis tota ſit: ⁊ in omnibus tota. Quotienſcunqꝫ enim aliquid tale animo ſpeculamur: non in quãlibet vnam perſonaꝫ per nomen hoc mẽtis cogitatione deducimur. ſed in omnes eos quicunqꝫ humanitatis diffinitione participant. vnde fit vt hec quidem ſit communis omnib' illa vero prior incommunicabilis quidem cunct?. vni tamen propria. Nam ſi nomen fingere liceret: illam ſingularem quandam qualitatem ⁊ incommunicabilẽ alicui alii ſubſtantie ſuo ficto nomine nuncuparem: vt clarior fieret forma propoſiti. Age enim incommunicabilis platonis illa proprietas platonitas appelletur. eo enim modo qualitatem hanc platonitatẽ ficto vocabulo nuncupare poſſumus. quomodo hominis qualitateꝫ dicimus humanitatem. Hec ergo platonitas ſolius vnius eſt hominis. ⁊ hoc non cuiuſlibꝫ ſed ſolius platonis. humanitas vero ⁊ platonis ⁊ ceterorum quicunqꝫ hoc vocabulo continentur. vnde fit vt quoniam platonitas in vnum conuenit platonem: audientis animus platonis vocabulum ad vnam perſonam vnamqꝫ particularem ſubſtantiam referat. Cum autem audit hominem: ad plures quoſqꝫ intellectum referat: quoſcunqꝫ humanitatem continere nouit: atqꝫ ideo quoniam humanitas ⁊ omnibus hominibus communis eſt ⁊ in ſingulis tota eſt: equaliter cũctis homines retinent humanitatem ſicut vn' homo. Si enim id ita non eſſet: nunqꝫ ſpecialis hominis diffinitio particularis hominis ſubſtantie conueniret. Quoniam igitur hec ita ſunt iccirco homo quidem dicitur vniuerſale quiddã ipſa vero platonitas ⁊ plato particulare. His ergo ita poſitis quoniaꝫ vniuerſalis illa qualitas ⁊ in omnibus poteſt ⁊ in ſingulis predicari: cum dicimus homo. ambiguum ẽ: ⁊ dubitari poteſt: vtrũ de ſpeciali dcm̃ ſit: an de aliquo ꝑticulari: iccirco q' nomẽ hominis ⁊ de oib' dici poteſt ⁊ de ſingulis quibuſqꝫ: qui ſub hũanitatis ſpecie continẽt. Quare idefinitũ eſt vtrũ de omnib' dictuꝫ ſit id quod diximus hõ an de vnaquaqꝫ indiuidua hominis ⁊ ꝑticulari ſubſtantia. Hanc igitur q̃litatẽ humanitatis ſi ãbiguitate ĩtellect' ſeparare nitamur: determinãda ẽ aut in pluralitate diſtẽdẽda: aut ĩ vnitate numeri colligẽda. nam cum dicimus homo ĩdefinitum eſt: vtrũ oẽs dicamus vnum. Sin vero additus fuerit oĩs: vt ſit pdicatio omnis homo vel qdã: tunc ſit diſtributio ⁊ determinatio vniuerſalitat?: ⁊ nomẽ qdẽ quod vniuerſale ẽ idest homo vniuerſaliter ꝓſe

rimus dicentes omnis homo aut particulariter dicē
tes quidam homo. omnis enim nomen vniuerſalita⸗
tis ſignificatiuum eſt. Quocirca ſi omnis quod vniuer
ſale ſignificat: ad hominem quod idem ipſum vniuer
ſale eſt adiungatur: res vniuerſalis que eſt homo vni
uerſaliter pꝛedicatur ſecunduꝫ id ꝙ diffinitio ei adii
citur quantitatis. Sin vͦ dictum fuerit quidam ho
mo: tunc vniuerſale quod eſt homo addita particula
ritate per id quod adiectum eſt quidam particulari⸗
ter pꝛofertur: ⁊ dicitur res vniuerſalis pꝛolata parti
culariter. Sed quoniam particularis eſt pꝛedicatio q
dam homo. particularis rurſus pꝛedicatio platonis
de vno enim dicitur quidam homo: ⁊ de vno dicitur
plato. non codeꝫ modo particulares vtreqꝫ eſſe dicū
tur. plato enim vnam ac definitam ſubſtantiam pꝛo⸗
prietatemqꝫ demonſtrat: que conuenire in aliuꝫ non
poteſt. quidam homo vero quod dicitur particulari⸗
ter ipſuꝫ nomē vniuerſale determinat: ſed ſi de eſſet
quidam id quod dicimus homo vniuerſale eſſet ac ꝑ
hoc ambiguum permaneret: quod vero dicimus pla
to nunqꝫ eſſe poterit vniuerſale: Nam ⁊ ſi quādo no
men hoc plato pluribus imponatur. Non tamen hoc
nomen: iccirco erit vniuerſale. Namqꝫ humanitas ex
ſingulorum hominum collecta naturis in vnam quo
dammodo redigitur intelligentiam atqꝫ naturaꝫ. no
men vͦ hoc ꝙ dicimus plato multis ſecundum voca
bulum foꝛtaſſe commune eſſe videret̄: nulli tamen il
la ꝓprietas platonis cōueniret: que erat pꝛopꝛietatis
aut nature eius platonis qui fuit ſocratis auditoꝛ: ſꝫ
eodem vocabulo nuncuparetur. hoc vͦ ideo quoniaꝫ
humanitas naturalis eſt. nomen vͦ pꝛopꝛium poſitio
nis. Nec hoc nunc dr̄: ꝙ nomen platonis de pluribus
non poteſt pꝛedicari ſed pꝛopꝛietas platonis. Illa eniꝫ
pꝛopꝛietas naturaliter de pluribꝰ nō dicitur ſicut ho
minis: ⁊ ideo incommunicabilis (vt dictum eſt) qua⸗
litas eſt ipſa platonitas. cōmunicabilis vͦ q̄litas vni
uerſalis: que ⁊ in pluribus ⁊ ī ſingulis eſt. vnde fit ut
cum dico omnis homo in numerum pꝛopoſitioneꝫ tē
dam. cum vͦ dico ſocrates aut plato: non in numerū
emittam: ſed qualitatem pꝛopꝛietatemqꝫ vniuſ in ſua
indiuidua ſingulariqꝫ ſubſtantia conſtringam ac pꝛe
dicem. Quare in hoc quoqꝫ maxime he due particu⸗
laritates quidam homo ⁊ plato diſtant. quod cum di
co plato: quem hominem dixerim vocabulo deſigna⸗
ui: pꝛopꝛietatemqꝫ vniuſcuiuſqꝫ quem nomino. Cum
vͦ dico quidam homo: numerum tm̄ reieci: ⁊ ad vni
tatem pꝛopoſitionem redegi. De quo autem dicam:
hec particularitas mihi non ſubdidit: quidam enim
homo poteſt eē: ⁊ ſocrates ⁊ plato ⁊ cicero ⁊ vnuſqſ
qꝫ ſingulorum: quoqꝫ ꝓpꝛietates a ſe in ſingularitatꝫ
rōe ⁊ natura diuerſe ſunt. vnde cōmodiſſime Theo
phꝛaſtus hmōi particulares ꝓpoſitiones: quales ſūt
quidam homo iuſtus: ꝑticulares indefinitas vocauit
Partem namqꝫ tollit ex homine ꝙ eſt vniuerſale vl̄
vocabulo vel natura. Que tamen ipſa ſit pars ⁊ qua
pꝛopꝛietate deſcripta non determinat nec definit. vn
de vniuerſale vocauit quod de pluribus naturaliter
pꝛedicatur. vt homo: non quod poſitione quemadmo
dum nomen Alexandri de troiano ⁊ de macedone ⁊
philippi filio de pluribus dicitur. hoc enim poſitione
de pluribus dicitur: illud natura ⁊ perſubtiliter ait.
quod in pluribus natum eſt pꝛedicari. Eſt enim hec
vniuerſalitas naturalis. illaꝫ vͦ nominis reiqꝫ ꝓpꝛie
tatem que particularis eſt ſingularem vocauit dicēs.
Plato eorum que ſunt ſingularia: quod auteꝫ ſecutꝰ
eſt dicens. Neceſſe eſt auteꝫ enunciare qm̄ ineſt aliq̄d
aut non aliquotiens quidem eorū alicui que ſunt vni
uerſalia aliquotiens autem coruꝫ que ſunt ſingularia
huiuſmodi eſt tanqꝫ ſi diceret. Omnis quidem affir⸗
tio ⁊ negatio ineſſe aut non ineſſe demonſtrat. Et qꝫ
quid enunciatur. aut de eo quod eſt eſſe pꝛoponit̄: vt
plato philoſophus hec enim ꝓpoſitio platoni ph̄iam
in eē cōſtituit. aut de eo qꝺ ē nō ieſſe: vt plato ph̄us
non eſt: hec enī a platone ph̄iam diuidēs eidē ph̄iam
non ineſſe ꝓponit. ergo qm̄ neceſſe eſt aut aliq̄d ali⸗
cui ineſſe dicere: at aliquid alicui nō ineē: illud quoqꝫ
neceſſe eſt vt intelligamus cui ineſſe aliquid dicimus
aut vniuerſale eſſe: vt cū dicimus hō albꝰ eſt: albedi
nem vniuerſali rei ineſſe mōſtramꝰ. i. hōini aut certe
paticulare ac ſingulare vt ſi quis dicat ſocrates albꝰ
eſt albedinē enim ſocrati ſingulari ſube ⁊ ꝓpꝛietati
incōmūicabili ineſſe ſignificauit: ſꝫ in ſingularibꝰ ſiue
affirmetur aliquid ſiue negetur: vnꝰ oppoſitiōis mo
dus eſt: qui vim contradictionis obtineat. nā qm̄ ſin
gulare atqꝫ indiuiduū nulla ſectiōe diuidit̄: ſcd̄m ipꝫ
quoqꝫ facta contradictio ſimplex erit: In his āt que ī
vniuerſalibus fiūt nō eſt vnus modus contradictiōis
Nā cū dico ſocrates hō ē ſocrates hō nō ē: ſola hmōi
oppoſitio ſi oīa illa cōueniant: que cōtra argumento
ruꝫ impoꝛtunitates ſupra iam dicta ſunt ad faciendā
contradictionē idonea reperit̄. Sin vͦ tale aliq̄d ſub
iectum ſit: de quo aliq̄d pꝛedicet̄ qꝺ ſit vl̄e: ⁊ in pluri
ribꝰ (vt ipſe ait) natum ſit pꝛedicari: non eſt ſimplex
oppoſitio cōtradictionis. Sunt enim earum pꝛopoſi
tionum que de vniuerſalibus rebus fiunt tres differē
tie vna que omnis complectitur: vt cum dico omnis
homo animal eſt. alia que ex indefinita multitudine ⁊
innumera pluralitate ad vnam pꝛopoſitionis vim col
ligit atqꝫ conſtringit. hec huiuſmodi eſt tanqꝫ ſi quis
dicat quidam homo aīal eſt. alia vero eſt que neqꝫ in
pluralitatem pꝛopoſitionē tendit: neqꝫ in particulari
tatem redigit: vt eam que ſine vlla determinatione
ꝓponitur: vt eſt homo animal eſt: homo aīal non eſt.
huic enim nec quidam quod particularitatis: nec oīs
quod eſt vniuerſalitatis adiunximus. vnde fit vt ſin⸗
gularitas ſimpliciter pꝛedicetur: vniuerſalitas vͦ ali
quotiens vniuerſaliter: vt omnis homo aīal eſt: hō
res vl̄is vl̄r pꝛedicata eſt. nā cū ſit homo vniuerſalis
qꝺ ei adiectū eſt oīs vniuerſalitateꝫ vniuerſaliter ap
pellari facit. Rurſus eſt: vt vniuerſalitas particulari
ter pꝛedicetur: vt cum dico quidā homo aīal eſt. q̄dā
ꝑticulare determinat: ſed iunctum ad hominē vl̄em
ſb̄am particulariter pꝛedicari fecit. Eſt quoqꝫ vniuer
ſale nō vniuerſaliter pꝛedicare: quotiēs ſine adiectiōe
vniuerſalitatis vel particularitatis ſimpliciter nomē
vniuerſale ponit̄: vt eſt homo animal eſt. Determina
tiones auteꝫ dicunt̄: que rē vniuerſalē vel in totū fū
dunt: vt oīs: vel in partē contrahūt: vt quidā. oīs vͦ
vel quidā q̄ꝫtitatē ꝓpoſitionis determinānt: q̄ q̄ꝫtitas
iuncta cū q̄litate ꝓpoſitionū quatuor variat̄ modis.
Qualitas aūt pꝛopoſitionū in affirmatiōe ⁊ negatio
ne eſt aut. n. vniuerſalē reꝫ vniuerſaliter p̄dicat affir
matiue: vt oīs hō animal eſt. aut vniuerſalē rē parti
culariter affirmatiue: vt quidā hō animal ē: aut vni
uerſalē rē vniuerſaliter negatiue: vt nullus hō lapis
eſt aut vniuerſalē rem particulariter negatiue: vt q
dam hō lapis nō eſt. Oꝫ aūt in his que vniuerſali de
terminatione ꝓponūt̄ in ipſis determinatiōibꝰ fieri
negationē: vt qm̄ determinatio vniuerſalis rei ē vni⸗
uerſaliter: cū dicimꝰ oīs homo iuſtus eſt: ſi vniuerſa
liter negabimꝰ:

liter negabimus: dicamus nullus homo iuſtus eſt: ⁊ ꝙ aio nullus eā vniuerſelitatē que eſt oīs intercipit: non eam que eſt homo. Rurſus ſi idem ipſum oīs homo iuſtus eſt. negare particulariter velim: dicaȝ non omnis homo iuſtus eſt: per ꝑticularē negationeȝ vniuerſalitatis vim interimens. in particularibus vͦo nō idem. Si enim eam que eſt particularis determinatio vniuerſalis rei: vt eſt quidam homo iuſtus eſt: negare velim particulariter dicā quidam homo iuſtus non eſt. hoc aūt iccirco fit: qm̄ habet quandam ſimilitudinem atqꝫ ambiguitatem: vtrū vniuerſaliter an ſit particulariter dictū: ſi in vniuerſalibꝰ ꝓpoſitionibus negatiue particule ad predicatiōes potiuſqꝫ ad determinationes ponanť. Si eniȝ cōtra hāc affirmationem que eſt oīs homo iuſtus eſt: ponā hāc que dicit oīs homo iuſtus non eſt: hec duas res ſignificare videbitur: ⁊ ꝙ nullus iuſtus ſit. omnem enim iuſtum non eſſe ꝓpoſuit: ⁊ ꝙ ſint quidam homines non iuſti omnem enim hominem negauit iuſtum eſſe. hoc aūt nihil impedit vt aliquis ſit iniuſtus. aliquis iuſtus. nā ſi aliquis eſt iuſtus: nō repugnat ne vera ſit ꝓpoſitio que dicit omnis homo iuſtus non eſt: non enim eſt iuſtus omnis homo. ſi alii iuſti ſint: alii vero iniuſti. quare qm̄ duplicis ſignificationis eſt: iccirco vniuerſalis negationis diffinitio que eſt nullus: vniuerſalis affirmationis tollit determinationeȝ que eſt omnis: atqꝫ ideo in particularibus negationibus ad ipſaȝ vniuerſalitatem affirmationum nagatio neceſſe eſt apponatur: vt in eo quod eſt oīs homo iuſtus eſt: illa eſt ei oppoſita negatio que eſt non omnis homo iuſtus eſt: ſi illa que eſt omnis homo iuſtus nō eſt: ne ſit ambiguū vtrum vniuerſaliter an ꝑticulariter neget. Dictuȝ ē enim hanc negationem que eſt omnis homo iuſtus nō eſt: ⁊ vniuerſalitatis īterꝑtationē dſignare ⁊ particularitatis ꝓpoſitionem. Quotienſ vͦo ꝑticulare aliquid tollitur: in his non iā ad determinationē: ſed ad predicatū ꝑticula negationis apponitur: vt in eo qđ eſt quidam homo iuſtus eſt: nullus dicit non quidam homo iuſtus eſt. Neqꝫ enim hic ad determinationeȝ particularem quod ē quidam negatio poniť: ſed dicimus quidam homo iuſtus non eſt ꝫ ad predicatū qđ eſt iuſtus. vnde etiam ad indeterminatas ꝓpoſitiōes que ſunt ſine omnis aut nullus: aut alicuius determinatione ad predicatum ſemper apponitur particula negatiua: vt eſt homo iuſtus eſt. nemo enim dicit non homo iuſtus eſt: ſed homo iuſtus non eſt. In ſingularibus quoqꝫ non dico non ſocrates iuſtus eſt: ſed ſocrates iuſtus non eſt: ⁊ niſi aliquotiēs ambiguitas impediret ad predicatum ſemper negatio poneretur Sed oīa quecūqꝫ in determinatione ponunť talia ſūt que aut totuȝ colligant in affirmatiuo: vt eſt oīs: aut totum perimant in negatiuo: vt eſt nullus: aut colligant in affirmatiuo partem vt eſt quidam: aut interimant in negatiuo partem vt quidam non: aut in negatiuo perimant totum particulariter: vt eſt non oīs ſed quidā non: ⁊ non omnis particulares negationes ſunt. ſiue enim quis partem ex toto ſurripiat particulare eſt quod reliquit: quia a totius perfectione diſceſſit. ſiue quis totum eſſe neget ſiue partem relinquat: rurſus particulare eſt quod reliquum ſit. Nā cum dico quidam homo iuſtus non eſt: abſtuli partē: ⁊ rurſus cum dico non omnis homo iuſtus eſt: cum negaui omnem aliquem ꝙ iuſtus non eſſet oſtendi. hec ergo non omnis ⁊ quidam determinatiōes planiſſime ſunt: ⁊ cōmuni intelligentie ſubiecte: has due particulares recipiunt negationes: vt ea que eſt quidam non determinationem particularem negat ea vͦo que eſt non omnis vniuerſalem negat determinationem: ſed vtreqꝫ negationeȝ (vt dictuȝ ē) in particularitatē cōſtringunt. Quod auteȝ dicimus nullus propriū quoddam videtur eſſe vocabulum: non omnis quod diciť omnem per aduerbium negatiuum quod eſt non adimit. Rurſus cum dicimus quidam in eo quod eſt quidam auderbium quod eſt non additum a ſubiecto termino particulare ſeparat. nullus vͦo in vocabulo ipſo ꝙ ſeparet non monſtrat: ⁊ videtur quodāmodo nō potius eē negatio q̄ affirmatio neqꝫ. n. aduerbiuȝ ē nec coniunctio: aduerbiū nāqꝫ atqꝫ cōiunctio declinationibus carent. nullus vero quod dicimus ⁊ generibus ſubiacet ⁊ inflectitur caſibꝰ: quid igitur eſt: an erit nomen: ſed nulla negatio nomen eſſe monſtratur Quid ſit ergo tali inueſtigatione querendum eſt: videtur enim quod dicitur nullus tale eſſe tanq̄ꝫ ſi dicamus nec vnus: nam qui dicit nullus homo animal eſt tantundem valet quantum nec vnus homo animal ē Quod vͦo dicimus vllus hoc ab eo diminutiuum eſt quod eſt vnus. Diminutio namqꝫ vnius vllus eſt: tā q̄ꝫ ſi dicerē vnullus: ergo plus negat: quiſquis etiā diminutionem: vt ſi quis dicat non modo non habet geminam quod maius eſt: verum etiam nec gemmulam. quod eſt minus Sic ergo qui negare vult etiam vnum: plus negat ſi dicat nec ipſum vnius diminutiuum illud eſſe quod dicitur. vt ſi qs velit dicere nec vnum eſſe hominem in theatro: ita dicat: non modo illic vnus homo non eſt: verum nec vllus. Cum ergo dicimus nullus: ita preponimꝰ tanq̄ꝫ ſi dicamus nec vllus. tenet igitur hec in ſe determinatio: que eſt nullus: vicem negationis ⁊ nominis. negationis quidem in eo quod eſt nec: nominiſ vͦo in eo quod eſt vlluſ: qđ eſt diminutiuum vnius. Ita igitur maxima fit negatio rei paruiſſime quod eſt vnus: ſi ipſius diminutiuū quoqꝫ ſubtrahat quod eſt vllus. quare ⁊ omnem ⁊ quendam ſtati tollit negatio: que vnius quoqꝫ ipſius diminutiuuȝ predicatione ſubducit: ut ea que eſt nullus homo iuſtus eſt hoc enim tantum eſt tanq̄ꝫ ſi dicat non vllus homo iuſtus eſt hoc idem valet tanq̄ꝫ ſi dicatur non vnus homo iuſtus eſt. Quare quoniā de his quoqꝫ ſufficienter dictum eſt: ad Ariſtote. verba conſequenti ordine veniamus.

¶ Si ergo vniuerſaliter enunciet in vniuerſali. qm̄ eſt aut non eſt. erunt contrarie enunciationes dico autem in vniuerſali enunciationem vniuerſalē vt omnis homo albus eſt nullus homo albus eſt.

¶ Demonſtrare oppoſitionē contradictionis intendit ſed quoniā viā reperiendi ordinemqꝫ permiſcuit: iccirco nos quoqꝫ pauca quedā priuſ ordinata expoſitione p̄dicimꝰ. ne lector cōfuſionis caligine atqꝫ obſcuritate turbeť. Oīuȝ propoſitionū que ſunt ſimplices q̄s cathegoricas grece uocant: nos p̄dicatiuas diceř poſſumus: quattuor ſunt diuerſitates. Aut. n. affirmatio ē ⁊ negatio vniuerſalis: vt eſt omnis homo iuſtꝰ ē nullus hō iuſtus ē. Aut affirmatio ⁊ negatio particularis: vt ē qdā homo iuſtus eſt: quidam homo iuſtus non eſt: Aut affirmatio ⁊ negatio indefinita: ut hō iuſtus ē: hō iuſtus non eſt. Aut de ſingulari ſubiecto affirmatio ⁊ negatio: ut cato iuſtus eſt cato iuſtꝰ nō ē. Hax vͦo inter ſe veritas falſitaſqꝫ non ſe habet ſimiliter ſꝫ diuerſe. Et prius de uniuerſalibus atqꝫ ꝑticularibus. ideſt de his q̄ determinate ſunt dicendū eſt:

poſt de reliquis duſputabitur. Diſpōatur ergo affirmatio vniuerſalis que eſt omnis homo iuſtus eſt. ⁊ contra hanc negatio vniuerſalis que eſt null⁹ homo iuſtus eſt: ſub his autem ſub affirmatione quidē vniuerſali particularis affirmatio que eſt quidam homo iuſtus eſt: ſub vniuerſali negatione particularis negatio que eſt quidam homo iuſtus non eſt. hoc autē demonſtrat deſcriptio ſubiecta.

Vl'is affirmatio. Omnis hō iuſt⁹ eſt | Vl'is negatio. Nullus hō iuſt⁹ eſt



Quidā hō iuſt⁹ eſt Particl'aris affir. | Quidā hō iuſt⁹ nō ē Particularis nega.

¶ He igit̄ due vl'is affirmatio: ⁊ particularis affirmatio dicūtur ſubalterne. Rurſus vniuerſalis negatio ⁊ particularis negatio dicūtur ſubalterne. Jccirco qm̄ particularis ſemꝑ ſub vniuerſalitate cōcluditur. i q̄bus illud eſt conſiderandū ꝙ vbi eſt affirmatio vniuerſalis vera affirmatio quoqꝫ particularis vera eſt ⁊ vbi negatio vniuerſalis vera ē particularis quoqꝫ negatio vera eſt. Nam ſi vera eſt omnis hō animal eſt vera eſt quidā homo animal eſt ⁊ ſi vera eſt qm̄ null⁹ homo lapis eſt. vera eſt quoniam quidā homo lapis non eſt. At ſi falſa ſit particularis affirmatio: ut ea que eſt quidam homo lapis eſt. falſa ē vniuerſalis affirmatio homo lapis eſt. Jdem in negatione. ſi enī negatio particularis falſa eſt. ut quidam homo animal non eſt falſa eſt vniuerſalis nullus homo animal eſt. Et ut p̄cedunt vniuerſales in vero eodem modo precedunt particulares in falſo. Dicuntur v̄o affirmatio vniuerſalis ⁊ negatio vniuerſalis contrarie. Hoc autem iccirco quoniam contrariorum huiuſmodi natura eſt: vt longiſſime a ſe diſtent: ⁊ ſi aliquā inter ſe habeant medietatem: ⁊ non ſemper alterum ipſorum ſubiecto inſit: vt album ⁊ nigrum: non poſſumus dicere quoniam omne corpus aut album aut nigrum ē poteſt enim nec album nec nigrum eſſe: ⁊ vtrumqꝫ falſum eſſe quod dicitur: iccirco quoniam medius eſt color. Quod ſi non habent medietatē alterum ipſorum neceſſe eſt inherere ſubiectis: vt cū dicimus oē corpus aut quietum eſt: aut mouetur horum nihil eſt medium. ⁊ neceſſe eſt omne corpus vel conſiſtere vel mouere. vt autem in eodem ſimul poſſint eſſe contraria fieri non poteſt: Neqꝫ enim poſſibile eſt vt idē album nigrumqꝫ ſit: quod in affirmationibus ⁊ negationibus vniruerſalibus apparet negatiua enī ⁊ affirmatiua vniuerſales plurimū quidē diſtant a ſe. nā ꝙ illa ponit omnibus: illa tollit omnibus ⁊ totum negat. nam que dicit omnis homo iuſtus eſt omnē hominem ponit: que dicit nullus homo iuſtus ē: nihil eorum que in humanitatis ſunt diffinitione iuſtū eſſe concedit. Jta ergo a ſe longiſſime diſcrepant. adhuc ſi ea que ſignificant habent inter ſe aliquā medietatem: vnā veram vnam falſam eſſe non eſt neceſſe: vt in eo ꝙ eſt omnis homo iuſtus eſt: nullus homo iuſt⁹ eſt. Quoniam poteſt quedā eſſe medietas: vt nec nullus homo iuſtus ſit cum ſit quidam: nec omnis homo iuſtus ſit cum non ſit quidam. Et poſſunt vtreqꝫ falſe ⁊ affirmatio ⁊ negatio reperiri. Neqꝫ enim verum ē aut omnem hominem iuſtū eſſe: aut nullū hominē iuſtum eſſe. Quocirca poteſt fieri: vt in his in quibus aliqua medietas inuenitur: vniuerſalis affirmatio ⁊ vniuerſalis negatio veritatem falſitatemqꝫ non diuidant: ſed vtreqꝫ ſint falſe ad exemplū. ſ. cōtrariorum: que aliquā inter ſe continent medietatē. Pōt enim in illis fieri vt vtraqꝫ cōtraria poſſint non incē ſubiecto: ſicut ſupꝛa docuimus. Jn his v̄o que medietate carent: neceſſe eſt vt vna vera ſit ſemper: altera ſemper falſa. vt in eo ꝙ eſt omnis homo aīal eſt: nullus homo aīal eſt: he ꝓpoſitiones hmōi ſunt: vt vna vera ſit ⁊ vna falſa. iccirco quoniā inter animal eſſe ⁊ non eſſe nihil intereſt ad eorum. ſ. contrarioꝝ ſimilitudinem que medietate carent. Jn illis enim neceſſe erat alterum eorum ineſſe ſubiecto. Sic ergo vl'is affirmatio ⁊ vniuerſalis negatio vtreqꝫ falſe eſſe poſſunt. Vt v̄o vna vera ſit altera falſa id quoqꝫ conceditur: vt vtreqꝫ ſint vere fieri non pōt: ſicut illud quoqꝫ verum ē cōtraria ſil' eſſe non poſſe. Rectiſſime igitur vniuerſalis affirmatio vniuerſaliſqꝫ negatio contrarie nominant̄. Particularis aūt affirmatio que eſt q̄dam homo iuſtus ē: ⁊ particularis negatio que eſt q̄dam hō iuſtus non eſt vniuerſalibus cōtrariis cōtrarias propꝛietates habēt. Jlle enī ſimul vere eē non poterant: vt v̄o eſſent ſil' falſe ſepe aliqua ratione cōcedebatur. Particulares v̄o vt vtreqꝫ vere ſint euenire pōt: vt vtreqꝫ falſe ſint fieri nō pōt: ut in eo qđ eſt: quidam hō iuſtus eſt. verum eſt. quidā hō iuſtus non eſt id quoqꝫ uerū ē: vt utreqꝫ falſe ſint: īueniri nō pōt. ⁊ in hoc quidē ſunt diſſimiles contrariis. Similes autē eis uident̄: ꝙ ſicut cōtrarie aliquotiēs uerū falſumqꝫ diuidunt: vt vna vera ſit altera falſa ita quoqꝫ ⁊ particularis vna v̄a poteſt eē altera falſa: vt quidam hō aīal ē: quidā hō aīal non eſt. Seruāt aūt ſtabilē incōmutabilemqꝫ oꝛdinē ⁊ ſimilitudinis ⁊ cōtrarietatis. Contrarie enim qm̄ poſſunt eē utreqꝫ falſe ī q̄buſcūqꝫ vtreqꝫ falſe cōtrarie reperiūtur: in his ſubcōtrarie utreqꝫ uere ſunt. Sꝫ qm̄ utreqꝫ cōtrarie uere inuēiri nō poſſunt: ideo vtreqꝫ ſubcontrarie falſe nequeunt reperiri: vt in eo ꝙ eſt oīs homo iuſt⁹ eſt nullus homo iuſtus eſt. Qm̄ he falſe ſūt: he quas ſub ſe continēt: ꝑticulares uere ſunt: ut eſt quidā homo iuſt⁹ ē: quidā hō iuſtus nō ē: ſed ſi uniuerſales inter ſe uerum falſumqꝫ diuidūt: ⁊ vna uera eſt ⁊ altera falſa: particulareſ quoqꝫ idē faciūt: ut in eo ꝙ eſt oīs hō aīal eſt: nullus hō aīal eſt uniuerſalis affirmatio uera eſt: falſa negatio. Sed cum dico quidā hō aīal eſt: q̄dā hō aīal nō ē ꝑticularis affirmatio v̄a eſt: falſa negatio particularis: he igitur dicuntur ſubcontrarie: uel ꝙ ſub cōtrarijs poſite ſunt: uel ꝙ ipſe ſuꝑioꝛibus ſub quibus ſunt (ut dictum eſt) cōtrarias ꝓpꝛietateſ hn̄t. Jn hac igit̄ recta oppoſitione ꝯtrariarū ⁊ ſubcōtrariaꝝ in ſuꝑioꝛibus utriſqꝫ falſitas eē pōt. nūqꝫ ueritas: ī īferioꝛib⁹ v̄o utriſqꝫ q̄dē ueritas īeſſe p̄t nūqꝫ falſitas. Sin uero qs reſpiciat angulares ⁊ uniuerſalem affirmationē ꝑticulari oppōat negationi uniuerſalēqꝫ negationē particulari cōparet affirmatōi: una uera ſemper altera falſa reperiet̄. Nec unqꝫ fieri pōt ut affirmatione ul'i uera ꝑticularis negatio non falſa ſit: uel hac uera non illā ꝯtinuo falſitas ſubſequat̄. Rurſus ſi negatio uniuerſalis uera ē falſa ꝑticularis affirmatio. ſi ꝑticularis affirmatio vera ē: falſa ul'is negatio eſt: lꝫ aūt hoc ⁊ in ſuꝑo deſcriptione metiri: ⁊ in aliis quoqꝫ terminis quoſcūqꝫ ſibi mens ꝯſiderātis affixerit: idē uidebit: nā in eo ꝙ eſt oīs hō iuſt⁹ ē:

quoniam

qm̄ hec falſa eſt: vera eſt quidā̄ hō̄ iuſtus non eſt. Et rurſus in eo ꝙ ē: nullꝰ hō̄ iuſtꝰ eſt: qm̄ falſa negatio ē: v̄a eſt affirmatio qdā̄ hō̄ iuſtꝰ ē: hec aūt vl'is affirmatio ⁊ ꝑticularis negatio q̄ ſunt angulares: ⁊ vl'is negatio ⁊ ꝑticularis affirmatio: q̄ ipe quoqꝫ ſūt angulares ꝯdictorie noiant̄. Et hec illa ē quā q̄rit ꝯdictio in q̄ vna ſemꝑ vera altera ſemꝑ falſa ſit. Suꝑioris aūt diſputatiōis integrū deſcriptionis ſubdidimꝰ exēplar: quatenus qđ aīo cogitationeqꝫ cōceptū eſt: oculis expoſitum memorie tenatius infigatur.




¶ His ergo ita ſeſe hn̄tibus indefinitas ꝓpōnes ſingulareſqꝫ videamus. ⁊ primū de indefinitꝭ diſputandū eſt. Indefinite igitur ꝑ ſe v̄itatē falſitatēqꝫ nō diuidūt. ⁊ enim cū dico hō̄ iuſtꝰ ē hō̄ iuſtꝰ nō ē: vtraſqꝫ veras cōtingit eē indefinitas. quocirca eas a ꝯdictōe ſeꝑamꝰ. ꝯdictio nāqꝫ ꝯſtituit̄ (vt ſepe dcm̄ eſt) eo ꝙ nūq̄ꝫ vtreqꝫ vere aut vtreqꝫ falſe reꝑiri q̄ āt: ꝫ vna ſꝑ veritatis: altera falſitatꝭ capax ē. Sꝫ q̄ v̄itatē ꝓferūt indefinitā: ille definitaꝝ ꝑticulariū viꝫ tenēt: tale enim ē ꝙ dico hō̄ iuſtꝰ ē: tāq̄ꝫ ſi dicā quidā̄ hō̄ iuſtꝰ ē. ⁊ rurſuſ tale ē ꝙ dico hō̄ iuſtꝰ nō ē: tāq̄ꝫ ſi dicā quidā̄ hō̄ iuſtꝰ non eſt. hoc illa res approbat: ꝙ quēadmodum definite ⁊ ꝑticulares in aliq̄bꝰ vere eſſe pn̄t in aliquibꝰ veꝝ falſūqꝫ diuidūt: nūq̄ꝫ v̄o vtraſqꝫ falſas eē ꝯtingit ita quoqꝫ in indefinitis vl'e ſignificantibus vtraſqꝫ ſil' veras eſſe contigit: vt in eo ꝙ dicimꝰ hō̄ iuſtus eſt: hō̄ iuſtus non ē. vtraſqꝫ falſas ꝓferre ī poſſibile eſt: ꝫ vnā veram: alterā falſam in his facilime reꝑimꝰ in his. ſ. terminiſ q naturaliter ⁊ neceſſario ſubiectis ſubſtantiis inhereſcūt ⁊ in his q ineſſe non pn̄t: ut qm̄ aīal hoī ex neceſſitate ineſt ſiq̄s dicat homo aīal ē: idqꝫ neget̄ hō̄ aīal non ē: vel hō̄ lapis ē hō̄ lapis non ē: vna vera ſtatī falſa altera reꝑit̄: atqꝫ iō̄ he cōtra vniuerſales vniuerſaliter p̄dicatas faciūt ꝯdictionem. Nam ſi cōtra illam que eſt oīs hō̄ iuſtus eſt: hō̄ iuſtus non eſt in oppoſitiōe cōſtituat̄: vna ſēꝑ v̄a eſt: altera falſa. Et ſi cōtra eā que eſt nullꝰ hō̄ iuſtus eſt. indefinita propoſitio que eſt hō̄ iuſtus eſt opponatur: veꝝ inter ſe propoſitiōes falſumqꝫ diſtribuunt: ſicut definite quoqꝫ vniuerſaliū propoſitiōes ſecundum particulares atqꝫ vniuerſales oppoſite q̄ꝫtitates contradictorias faciūt oppoſitiones. Quare cōſtat eas que vl'em non vniuerſaliter proferūt: ⁊ ſunt indefinite: neqꝫ particulare: neqꝫ vniuerſale proferentes. ipſas quidē non ſemꝑ inter ſe verū falſumqꝫ diuidere: particularibus tm̄ definitis eē conſimiles. Singulares v̄o que ſunt: vnū oppoſitiōis modū inter ſe tenent. has ſi ad idem ſubiectum: ad idē p̄dicatū: ad eandē partē: ad idē tempus: ad eandē relationē eodē mō̄ propoſueris. inter ſe veꝝ falſuꝫ ve diſtribuūt: vt eſt ſocrates iuſtus eſt: ſocrates iuſtus nō ē. Sūt igit̄ due contradictiōes vna que fit in vniuerſalibꝰ angulariter particularibꝰ cōtrapoſitis: altera que fit ī ſingularibus cuꝫ oībus his quas in ſophiſticis elenchis expoſuit determinatiōibus expoſitis. quare quoniaꝫ quemadmodū ſe habeāt propoſitiōes: quoqꝫ mō̄ faciant contradictorias oppoſitiōes oſtēdimus: ad ipſa Ariſt. verba veniamus: in quibꝰ per hec ante cognita facilis poterit euenire cognitio. Suꝑioris deſcriptionis intelligentiam plenius notat. Ait enī qn̄ res vniuerſalis vniuerſaliter deſignat̄: ⁊ eā q̄s vniuerſaliter affirmat ſi eādē aliuſ vniuerſaliter neget. ita ſibimet comꝑatas propoſitiones eſſe ꝯ̄rias. Atqꝫ in hoc ſuaꝫ ſententiā māifeſtiꝰ oñdit. Ait enī dico autem vniuerſalem enunciationē in vniuerſali: vt oīs hō̄ albus eſt. nam cuꝫ vniuerſalis ſit homo: in vniuerſali hoīe vniuerſalis eſt enūciatio: ꝑ quaꝫ dicit̄ oīs homo. Res ergo vniuerſalis. i. hō̄ ꝑ oīs que eſt determinatio vniuerſaliter p̄dicata ē ⁊ hoc affirmatiue. negatiue v̄o vniuerſaliter ita dicetur nullꝰ homo albus eſt. nullus eniꝫ vl'itas vniuerſalitati q̄ eſt hō̄ adiecta ē hoc mō̄ igitur. vniuerſale vniuerſaliter enunciantes affirmatio ⁊ negatio contrarie ſunt: ſicut ⁊ ipſe teſtat̄: ⁊ nos in ſuperiori expoſitione digeſſimus.

¶ Quando autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter: non ſunt contrarie: que autem ſignificantur eſt eſſe aliquando contraria. dico autem non vniuerſaliter enūciare in his. q̄ ſūt vniuerſalia ut ē albꝰ hō̄ nō eſt albus homo. cū enim vniuerſale ſit hō̄. non vniuerſaliter vtitur enunciatione. omnis nāqꝫ nō̄ vniuerſale ſignificat. ſed quoniam vniuerſaliter.

¶ Volenti indefinitā propoſitionem qualis eſſet oñdere: non mō̄ auferenda fuit ab vniuerſali termino vniuerſalis determinatio: veꝝ etiaꝫ particularis: ⁊ oportuit dici hoc modo. Qn̄ autē in vniuerſalibus nō̄ vniuerſaliter neqꝫ ꝑticulariter non ſunt contrarie. Nunc autem qm̄ non addidit neqꝫ ꝑticulariter: videt̄ non de indefinitis: in quibus neqꝫ vniuerſalitas neqꝫ ꝑticularitas adeſt: ſed tantū de ꝑticularibus loqui: a q̄bus ſolum vniuerſale non ēt particulare ſubtraxit: ꝫ quid velit oñdere ipſe cōuenientibus exēplis edocuit. Nō̄ enī ꝓpoſuit exēpla ꝑticularis ꝓpoſitiōis ſed indefinite. Ait. n. dico autē non vniuerſaliter enunciare in his que ſunt vniuerſalia: vt eſt albus homo nō̄ eſt albus homo. Qđ ſi particularem mōſtrare voluiſſet: ita diceret vt eſt quidam hō̄ albus: non eſt quidā̄ hō̄ albus. ſed qm̄ ꝑ exemplum quid vellet oſtendit. Nos quoqꝫ ſuꝑiori propoſitioni que eſt. Qn̄ autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter deeſſe putemus aut ꝑticulariter: vt ⁊ particularitatem ⁊ vniuerſalitatem ex tota auferat dictione: vt poſt exempla docuerunt nō̄ eum loqui de particularibus ſed de indefinita. Quare hoc dicit. vt ſi neqꝫ vniuerſales ſint propoſitiones neqꝫ particulares: quod ſubaudienduꝫ eſt: ille nō̄ ſūt contrarie. ſunt enim contrarie que vniuerſaliter vniuerſalem terminuꝫ proponunt. Indefinite v̄o ad vniuerſalem terminum vniuerſalem determinationem non habent. Iccirco autem ab indefinitis vniuerſalitatē ſolā ⁊ non particularitatem quoqꝫ ſeiunxit: ꝙ indefinitas propoſitiones a contrariis ſolum non ēt a particularibus ſegregabat. Quod autem dico tale eſt ſi vellet oſtendere indefinitas propoſitiones: proprie diceret indefinitas neqꝫ ꝑticulares eſſe neqꝫ vniuerſales que auteꝫ in vniuerſali neqꝫ vniuerſal'r neqꝫ ꝑticulariter proponunt̄. ideſt que neqꝫ vniuerſales ſunt neqꝫ ꝑticulares indefinite ſunt: Nam que neqꝫ

vniuerſales ſunt neqȝ particulares: he neqȝ cõtrarie
ſunt neqȝ ſubcontrarie. Subcontrarie quidem iccir
co non ſunt qꝛ non habent additam particularem de
terminationem iccirco vᵒ contrarie non ſunt: qꝛ de-
terminatio vniuerſalis in his non eſt. Nunc autē cū
tantum vellet oſtendere eas contrarias non eſſe de
ſubcontrariis vᵒ in pꝛeſenti vellet omittere: has eſſe
indefinitas dixit: que vniuerſale determinatum vni-
uerſaliter non habent: ut. ſ. has non eſſe contrarias
intelligeremus. Iccirco vᵒ non adiecit ꝑticularitatē
eas non habere: qm̄ a ſolis contrarijs ſeꝑare indefi-
nitas volebat non etiam a ſubcontrarijs. Ergo ſi in-
definitas a ꝯtrariis ⁊ ſubcontrariis ſeꝑare voluiſſet
ita diceret. Qn̄ autem in vniuerſalibus non vniuer-
ſaliter nec ꝑticulariter: non ſunt contrarie neqȝ ſub
contrarie. Sed quoniam non eas volebat nunc nō eē
ſubcontrarias demonſtrare: ſed tantū non eſſe ꝯ̄rias
iccirco ei dicto qđ eſt qn̄ autē in vniuerſalibꝰ nō vni
uerſaliter non addidit vel particulariter. hoc enim ſi
addidiſſet ad ſubcontrarias tenderet: de quibus ni-
hil eſt additum. quare hoc dicit. he que indefinite ſūt
quoniam non habent vniuerſalitatem: contrarie non
ſunt. Sed cum per ſe quidem contrarie non ſunt: poſ
ſunt tamen quedā ſignificare contraria. hoc quid ſit
multipliciter expoſitoꝛum ſententiis expeditur. Her
minius namqȝ dicit iccirco indefinitas poſſe aliquan
do ſignificare ꝯ̄ria: cū ipſe careāt ꝯ̄rietate: quippe q̄
vniuerſalium rerum ſunt. additum tamen vniuerſale
non habent: in ſolis his quibus ea que affirmant̄ aut
negantur ſubiecto naturaliter inſunt. vt cum dicimꝰ
homo rationaliſ eſt: homo rationalis non eſt. quoniā
rationalitas huiuſmodi eſt que in natura ſit hominiſ
Et affirmatio ⁊ negatio inter ſe verum falſumqȝ di-
uidunt: ⁊ quedam quodammodo ab his contraria ſi-
gnificantur. Sed nihil hoc attinet ad contraria ſigni
ficanda in his que ſunt indefinita. Nam etiam parti-
culares ipſe quoqȝ in talibus verū falſumqȝ diuidunt
vt eſt quidam hō rationalis eſt quidam homo ratio-
nalis non eſt. has igitur ſecundum Herminium vide
mus poſſe ſignificare cõtraria. Cur ergo dixit in his
quoqȝ quoniam quidem contrarie non ſunt: que aūt
ſignificantur eſt eſſe contraria. Alexander autē hoc
dicit: quoniam indefinite ſunt he: nihil eas inquit ꝓ
hibet ſicut ad particulares ita quoqȝ ad vniuerſales
reducere: que videntur eſſe contrarie: vt in eo qđ eſt
homo animal eſt: homo animal non eſt: quoniam he
pꝛopoſitiones indefinite ſunt. poſſunt accipi quaſi cō
trarie. Nam ſi dicimꝰ homo animal eſt poteſt ita ac
cipi tāq̄ȝ ſi dicatur omnis homo animal eſt. ⁊ rurſus
homo animal non eſt ita audiri poteſt tanq̄ȝ ſi dicat̄
nullus homo animal eſt. Cum autem dicitur homo
ambulat: homo non ambulat non ad contrarias: ſed
ad ſubcontrarias mens ducitur auditoris. Quocirca
poſſunt indefinite aliquando ſignificare ꝯtraria qm̄
eo ipſo quo ſunt indefinite: nihil eas pꝛohibet ad cō
trarioꝛum ſignificationem vniuerſaliumqȝ reduci. ⁊
hec quidem ſententia habet aliquid rationis: non tn̄
integre id quod ab Ariſtotele dicitur oſtendit: ⁊ me-
lioꝛem ſententiam ſponte reiecit: quā poꝛphyriꝰ ap
pꝛobauit ſunt enim quedam negationes: que intra ſe
affirmationis eius quam negant retineant contrarie
tatem: ut in eo ꝙ eſt ſanus eſt: ⁊ non eſt ſanus: id qđ
dicitur non ē ſanus ſignificat eger eſt: qđ eſt ꝯtrariū
ſano eſſe: Rurſus cum dicimus hō albus eſt: ſi cōtra
hanc negemus ꝑ eā que dicit homo albus non eſt: ſi
gnificare poterit: qm̄ homo niger eſt: nam qui niger
ē albꝰ nō ē. ſed nigꝝ eſſe ⁊ albū contrariū ē. Quare
ſignificāt quedā negationes affirmatiōeſqȝ ꝯ̄ria: ſed
hoc non ſp̄. nā in eo ꝙ eſt homo ambulat: homo nō
ambulat: nullum ꝯ̄riū ꝯtinet̄. Ambulationi. n. nihil
eſt ꝯ̄rium: atqȝ ideo dicit conſtat duas has quidē con
trarias non eē: iccirco ꝙ cū ſunt vniuerſales: non vl̄i
ter enuncient̄ Poſſe autē aliquotiens ꝯtraria ſignifi
care: cum intra negōeȝ ꝯtrarium affirmationis inclu
dit̄. Aſpaſius vero ⁊ alexander hanc poſterioꝛē non
pꝛobāt. Nos vᵒ dicimus nō qdē Alexandri ſententiā
abhoꝛrere ratōe: ȝ hāc poꝛphirii eſſe melioꝛē. Nā ꝙ
ait qn̄ aūt in vl̄ibus nō vniuerſaliter nō ſunt ꝯtrarie
que autē ſignificant̄ eſt eſſe ꝯ̄ria. ab Alexandro non
eſt expoſitū: ſed tātū dictum qm̄ poſſunt eē ꝓpoſitio
nes ipſe ꝯ̄rie. A poꝛphirio vᵒ expoſitū diligenter eſt
qn̄ ea que ſignificantur poſſint eſſe contraria. Quod
ipſe ariſtotelis textus expſſit. Quā ꝗ̄ȝ Alexander quoqȝ
eandem: quā Poꝛphyriꝰ expoſuit: viderit expoſitio
nem. Eā tn̄ (vt dictū eſt.) ſponte reiecit. ⁊ ſibi hmōi
expoſitionis confirmauit ſententiā diſplicere. Mihi
vᵒ aut vtreqȝ recipiende expoſitiones videntur: aut
melioꝛ iudicanda poſterior: hoc. n. ipē quoqȝ Ariſto.
quodāmodo ſubter oſtendit cū dicit. Simul enī ve
rū ē dicere qm̄ eſt homo albus non eſt homo albꝰ
⁊ eſt homo pꝛobus ⁊ non eſt homo pꝛobus. ſi enī tur
pis eſt non ē ꝓbus: ⁊ ſi fit aliquid nō eſt. Cuius quidē
loci que ſit expoſitio: cum ad id venerimus: demōſtra
bimus. Cognoſcendum aūt eſt ⁊ memoria retinendū
ꝙ quecūqȝ ꝓpoſitioneſ vl̄es vl̄r fuerint ꝑdicate: ſi he
affirmatiue: ille vᵒ ſint negatiue: ſemꝑ vtraſqȝ eſſe ꝯ̄
rias: ſi nihil equiuocationis aut tꝑis aut aliquoꝝ que
ſupra determinata ſunt ad faciendā oppoſitionem
ꝯ̄rietatis īpediat. Non tn̄ oīs quecūqȝ ꝯ̄rie ſunt he
aut in vl̄ibuſ vl̄iter ponūt enūciationē: aut vna affir
matiua eſt altera negatiua: vt in eo ꝙ eſt ſocrates ſa
nus eſt ſocrates eger eſt hic enī neqȝ in vl̄i vl̄itaſ poſi
ta eſt. neqȝ rurſus vna eſt affirmatio altera vᵒ nega
tio: ſed ſunt contrarie ꝓpoſitiones. Contraria enim
ſunt que ſignificāt. quocirca rectiſſime dictū eſt: ꝙ q̄
cunqȝ in vl̄ibuſ vl̄r enūciarent: ſi vna earū eſſet affir
matiua altera negatiua: ſtatim naturaliter eſſent ꝯ̄-
rie. Que aūt ꝯ̄rie eſſent: non neceſſe eſt eas vel vl̄e
vl̄r enunciare: vel vnā eſſe affirmatiuā alterā nega
tiuam: Sed aliquotiens quidē poſſe has eſſe ꝯ̄rias: q̄
vl̄e in vl̄ibus non ſignificarent: ȝ hoc in his tm̄ que
eēnt in ſubiecto: de quo fit affirmatio nāl̄is: vt in eo
qđ ē aīal ⁊ homo. Cū dicimꝰ hō aīal eſt: hō aīal non
eſt: qm̄ in nā̄ hoīs aīal eſt. iccirco hec affirmāſ illa ne
gans vident̄ eſſe contraria: q̄ȝ q̄ȝ illic nulla determīa
tio neqȝ ꝑticularitatis neqȝ vniuerſalitatis addatur.

¶ In eo vᵒ qđ vniuerſale ꝑdicat̄: id qđ eſt vniuer-
ſaliter pꝛedicare non eſt verū. nulla enim affirma-
tio erit vera: in qua de vniuerſaliter pꝛedicato vl̄e
pꝛedicet̄: vt oīs homo eſt omne animal.

¶ Quod dicit hmōi eſt. oīs pꝛopoſitio ſimplex duobus
terminis cōſtat. his ſepe addit̄ aut vl̄itatis aut ꝑticu
laritatis determinatio: ſed ad quam ꝑtem he deter-
minationes addantur. exponit Videt̄ enī Ariſtoteli
ꝑdicato termino determinationē nō opoꝛtere cōiun
gi. in hac enī pꝛopoſitione q̄ ē hō aīal eſt. querit̄ ſub-
iectum ne debeat cū determīatiōe dici: vt ſit oīs hō
aīal eſt: an ꝑdicatū ut ſit hō oē aīal eſt. An vtrūqȝ ut
ſit oīs hō oē aīal eſt: ſed neutꝝ eoꝝ que poſterius di
cta ſunt:

ta ſunt fieri oꝫ:namqꝫ ad p̄dicatum nunq̄ꝫ determi
natio iungit̄:ſed ad ſubiectum tm̄.neqꝫ eni verū eſt
dicere oē aīal oīs hō eſt.iccirco qm̄ oīs p̄dicatio aut
maioꝛ eſt ſubiecto aut equalis.vt in eo ꝙ dicim⁹ oīs
hō aīal eſt:plus ē aīal q̄ꝫ hō.Et rurſus in eo ꝙ dici-
mus hō riſibilis eſt:riſibile equat̄ hoī.ut āt ſit min⁹
p̄dicatum atqꝫ anguſtius ſubiecto:fieri nō p̄t. Ergo
in hiſ p̄dicatis que ſubiecto maioꝛa ſunt:vt in eo ꝙ ē
aīal perſpicue falſa eſt propoſitio:ſi determinatio vl̄i
tatis ad p̄dicatū terminū ponitur.Nā ſi dicam⁹ hō
eſt oē aīal.aīal qđ maius eſt hoīe ꝑ hāc determīatio
nem ad ſubiectum hoīem vſqꝫ ꝯhimus:cū nō ſolum
ad hoīem ſed ad alia quoqꝫ nomen aīalis poſſit apta
ri.Rurſus in his que equalia ſunt:idē euenit.Nam ſi
dicā oīs hō oē riſibile eſt.pꝛimū ſi ad humanitatē ip
ſam referā ſupfluū eſt adiicere determinationē.Qđ
ſi ad ſingulos quoſqꝫ hoīm falſa eſt propō.nā cū di-
co oīs hō oē riſibile eſt:hoc videoꝛ ſignificare.ſingu-
li hoīes oē riſibile ſunt:qđ fieri nō p̄t.Nō igit̄ ad p̄di
catum ſed ad ſubiectū ponēda determinatio eſt.ver-
ba aūt Ariſ.hoc mō ſunt ⁊ ad hanc ſententiā ducunt̄
in his pꝛedicatis que ſunt vl̄ia his adicere vl̄e aliqđ:
vt vniuerſale pꝛedicatū vniuerſaliter pꝛedicet̄ nō eſt
verum.hoc eni eſt qđ ait:In eo vō ꝙ pꝛedicatur vl̄e
.i.qđ hꝫ pꝛedicatū vl̄e:ip̄m vl̄e pꝛedicatū vl̄r non eſt
verū.In pꝛedicato.n.vl̄iter.i.quod vl̄e eſt:⁊ p̄dicat̄
ip̄m pꝛedicatum qđ vl̄e ē:vl̄iter pꝛedicare.i.adiecta
determinatione vl̄itatis non ē verū.neqꝫ eniꝫ p̄t fie
ri vt vlla ſit affirmatio:in qua de vniuerſaliter p̄dica
to vniuerſalis determinatio pꝛedicetur.eiuſqꝫ rei no
tionem exēplo aperit dicens:vt oīs homo oē aīal eſt.
hoc autem q̄ꝫ ſit inconueniens:ſupꝛa iam diximus.
¶Opponi autem affirmationem negōi dico cōtra
dictoꝛie.que vniuerſaliter ſignificat eidem qm̄ nō
vniuerſaliter.vt oīs homo albus eſt.non oīs hō al
bus eſt.nullus homo albus eſt.quidaꝫ homo alb⁹
eſt.contrarie vero vniuerſalem affirmationē.⁊ vni
uerſalem negationem.vt omnis homo iuſtus eſt.
nullus homo iuſtus eſt.Quocirca has quideꝫ im
poſſibile eſt ſimul eſſe veras.his vero oppoſitas
contingit aliquando in eodem. ut non oīs homo
albus eſt.⁊ quidam homo albus eſt.

¶Que ſit integra ꝯdictio:his verbis oſ̄dit.ait eniꝫ il
lam eſſe oppōꝫ ꝯdictoriam quecūqꝫ dicit nō eſſe vl̄r
rem vl̄em ꝯ eā:que reꝫ vl̄em vl̄iter ꝓpōit.atqꝫ hoc
eſt qđ ait.Opponi āt affirmationeꝫ negatiōi dico ꝯ
dictoꝛie que vl̄r ſignificat eidem.qm̄ non vl̄r:vt ei q̄
eſt:oīs homo iuſtus eſt: opponit̄ ea que vniuerſale
ſignificat non tm̄ vl̄r:vt ea que eſt.quidam hō iuſt⁹ n̄
eſt.hoīem enim vl̄em ſignificat non vniuerſaliter:vt
cū dicit nō oīs hō iuſtus eſt.hec eſt ꝯdictoria oppō:
vt ſi ſit vniuerſalis affirmatio:ſit particularis nega-
tio:ſi ſit vl̄is negatio.ſit ꝑticularis affirmatio.Angu
lares enim(vt dictum eſt)ſole faciūt ꝯdictionem.vt
verba igit̄ ſe obſcure hn̄t:ſic ſententia māifeſta ē.di
cit.n.eam opponi ꝯdictoꝛie affirmationem negōi vel
negōꝫ affirmationi quecūqꝫ id ꝙ res altera vl̄e vl̄r
ſignificaret:idem ſignificaret non vl̄r ꝙ eēt vl̄e:ut in
his q̄s ſupꝛa diximus.⁊ vt hec que eſt oīs hō iuſt⁹ ē
reꝫ vl̄em vl̄r ſignificauit.illa que eſt non oīs hō iuſt⁹
eſt eidem affirmationi oppoſita de vl̄i hoīe non vl̄r
negauit dicens non oīs hō iuſtus eſt .rurſus ea que
dicit nullus hō iuſtus eſt rem vl̄em vl̄r negauit dicēſ
nullus Ea vero que dicit qdā hō iuſtus eſt:rem vl̄eꝫ
particulariter affirmauit ⁊ non vl̄r.hoīem enim quē
dam iuſtum eſſe propoſuit.ſꝫ hominē nō vl̄r enuncia
uit rem vl̄em.Perſeqtur ergo oēs ꝓpꝛietates pro-
poſitionum.Ait enim contrarie vō vniuerſalem affir
mationem ⁊ vniuerſalem negationem.ſicut enim ſu
pꝛa dixit eas q̄ vl̄r vl̄e ſignificarent vel in affirmatio
ne vel in negatione eſſe ꝯtrarias:ita nūc quoqꝫ idem
repetit contrarias eſſe dicens vniuerſaleꝫ affirmatio
nem vniuerſalemqꝫ negōeꝫ.earūqꝫ ponit exempla.q̄
vniuerſales.vtraſqꝫ eſſe monſtrarent. vt omnis hō
iuſtus eſt:nullus hō iuſtus eſt.horum.auteꝫ que pro
pꝛietas eſſet propoſuit dicens hmōi propoſitiones ī
poſſibile eſſe vtraſqꝫ ſibi in veritate inuicem ꝯſenti-
re.que autem his eſſent oppoſite contingere vtraſqꝫ
veras eſſe.ſunt auteꝫ oppoſite his vtreqꝫ ꝑticulares.
vniuerſali.eniꝫ affirmationi particularis negatio op
ponit̄:⁊ vniuerſali negationi particularis affirmatio
oppoſita ē.Quocirca he due particularis negatio ⁊
affirmatio:que oppoſite ſunt affirmatiōi ⁊ negationi
vl̄ibus angulariter:he pn̄t aliqn̄ eſſe vere ⁊ in eodeꝫ
vt in eo ꝙ eſt quidam hō iuſtus eſt: quidā hō iuſtus
non eſt:ſed quidā iuſtus ē oppoſita eſt ei que eſt nul-
lus hō iuſtus ē.illa uero que eſt quidam homo iuſtuſ
non eſt oppoſita eſt ei que eſt oīs hō iuſtus eſt . Sed
vtreqꝫ inter ſe quidem quidā hō iuſtus eſt ⁊ qdā hō
iuſtus non eſt in ueritate conſentiūt.hoc eſt ergo qđ
ait.His uero oppoſitis cōtingit in eodem.eaſqꝫ deſi-
gnat exēplis.ut non oīs hō alb⁹ ē.eſt quidā hō alb⁹
poſitis igit̄ duabus ꝓpōn[illegible]⁹affirmatiōe ul̄i.⁊ ul̄i ne
gatione ars dāda ē q̄tenus eaꝝ īueniant̄ oppoſita.
Oppoſita aūt dico ꝯdictoꝛie nō ꝯrie neqꝫ ullo modo
alio.ſit enim hec affirmatio oīs hō iuſtus ē.⁊ hec ne
gatio nullus hō iuſtus ē.ꝯ affirmatiōem que eſt oīs
homo iuſtus eſt.uident̄ ergo eſſe negationes he:una
nullus homo iuſt⁹ē.altera quidā homo iuſt⁹nō ē:al-
tera nō oīs hō iuſtus ē:⁊ poſtrema indefinita hō iu
ſtus non eſt.Que haꝝ igit̄ ꝯ eā que eſt oīs hō iuſtuſ
eſt ꝯdictione ꝯſtituit̄.Contradictoꝛie āt uoco oppoſi
tionem.in qua affirmatio ⁊ negatio neqꝫ utreqꝫ uere
ſint neqꝫ falſe utreqꝫ.ſed una ſemꝑ uera:altera falſa.
Si ergo opponatur contra eā que eſt oīs hō iuſt⁹ē:
ea que ē nullus hō iuſt⁹ē ul̄is.ſ.negatio:non eſt oppo
ſitio ꝯdictoꝛia:utreqꝫ eni falſe ſunt.Si uero ponatur
ea que eſt hō iuſt⁹ nō ē indefinita:nec ipſa quoqꝫ fa-
cit oppōneꝫ.qm̄ eni īdefinita eſt pōt aliquotiēs ꝓ ul̄i
negatione ꝓ expectatione auditoꝛis intelligi . Quo-
circa nec ipſa facit oppōnem.ſi eni hoc modo audita
ſit cū ita accipit̄ ut ꝯria:ſit̄ eas falſas inueniri cōtigit
Reſtat ergo ut aut ea ſit:que eſt non oīs homo iuſt⁹
ē:aut ea que eſt quidā hō iuſtus nō eſt.ſed he ſibi cō
ſentiūt.Itē eni dicit qui propomt quidā hō iuſt⁹ n̄ ē
⁊ idē qui dicit nō oīs hō iuſt⁹ eſt:Nā ſi qdā hō iuſt⁹
non eſt: non oīs hō iuſtus eſt.⁊ ſi nō oīs hō iuſt⁹ eſt
quidā hō iuſtus non ē.Quare vtreqꝫ ꝑticulares ne-
gationes ꝯdictoꝛie opponunt̄ ꝯ vl̄em affirmationeꝫ
In his eniꝫ.neqꝫ vere vtreqꝫ ſunt neqꝫ utreqꝫ falſe:
ſed vna vera altera falſa.Rurſus ſit negatio ul̄is ea
que eſt nullus hō iuſt⁹ eſt.ꝯ hāc uident̄ oppoſite af
firmatiōes he.oīs hō iuſtus eſt:hō iuſtus eſt :quidā
hō iuſtus eſt.ſed ꝯ hanc que ē nullus hō iuſtus. eſt ſi
opponat̄ ea que eſt oīs hō iuſt⁹ ē:pn̄t utreqꝫ eſſe fal
ſe:q̄re non opponūt̄ ꝯdictoꝛie.At vō ēt ea q̄ dicit hō
iuſtus eſt:qm̄ indefinita eſt:p̄t ita in aliqbus ītelligi
tāq̄ꝫ ſi dicat oīs hō iuſtus ē.Qđ ſi ſic ē poterit aliqn̄

cū ea negatiōe q̄ ē nullus hō iuſtus eſt: ſiľ eē falſa. qr non eſt oppoſita. Relinqtur ergo ut ea que ē quidā hō iuſtus eſt: contra eam que eſt null⁹ hō iuſt⁹ ē: ꝯdictorie videatur oppoſita. angulariter igitur requirende ſunt: vt contra vľem affirmationem illa opponatur que ſub vniuerſali negatione eſt. Contra vľem negationem illa ꝯdictorie conſtituať: que eſt ſub vľi affirmatione. q.ſ. volens Ariſtote. oſidere ſic ait.

Quecunqʒ igitur contradictiones vľium ſunt vľr neceſſe eſt alteram eſſe veram vel falſam. ⁊ quecumqʒ in ſingularibus ſunt. vt eſt ſocrates albus. non eſt ſocrates albus.

In illis enim que ꝯdictorie ſunt vľibus vľr pdicatis in his ver̄ ſp falſumqʒ diuidiť. ꝯdictorie autem ſūt vľis affirmationis particularis negō. ⁊ vľis negōis pticularis affirmatio. In his igiť vna ſp va altera ſp falſa. Atqʒ hoc eſt q ait. Quecūqʒ igiť ꝯdictiōes ſūt vľium vľiter. ⁊ hic diſtinguēdū eſt: vt intelligať: ſic q̄cūqʒ igiť ꝯdictiones ſunt vľium propoſitionū vľr ꝓpoſitaꝶ: neceſſe eſt alteram verā eſſe alteraʒ falſam Et in his primū diuidiť veritas falſitaſqʒ: q̄ ſibi ⁊ q̄titate ⁊ qualitate oppoſite ſunt. qualitate q illa negatio eſt. illa affirmatio. quātitate q illa vľis: illa pticularis eſt. ſecundo autē mō in his que ſunt ſingularia: ſi nulle argumentorum nebule ſint veritas falſitaſqʒ diuiditur ut in eo q eſt ſocrates alb⁹ eſt: ſocrates albus non eſt. vna enim vera eſt altera falſa eſt: ſi (vt dictum eſt) nulla ambiguitas equiuocationis īpediat

Quecūqʒ autem vľibus non vľr: non hec quideʒ ſemper vera eſt. illa vō falſa. Simul enī ver̄ eſt dicere: qm̄ eſt hō albus. ⁊ nō ē hō albus. ⁊ eſt hō probus. ⁊ non eſt hō ꝓbus. ſi enim turpis eſt. ⁊ nō ꝓbus eſt. ⁊ ſi fit aliquid. ⁊ non eſt. Videbiť aūt ſubito incōueniens eſſe. iccirco qm̄ videť. ſignificare nō eſt hō albus ſiľ etiā quoniā nemo hō eſt albus. hoc aūt neqʒ idem ſignificat. neqʒ ſiľ neceſſario.

Propōnes eas que in vniuerſalibus non vľr proferuntur: non ſemper veras eſſe vel falſas conať oſidere. hoc autem per contraria monſtrat. Ea eniʒ propoſitio que eſt hō albus eſt ⁊ huius negatio que eſt hō albus non eſt: hoc modo oſidunť veruʒ ⁊ falſuʒ inter ſe interdū nō poſſe diuidere. Nā ſi ver̄ eſt vt he due affirmatiōes hō albus ē. homo niger eſt vtreqʒ vno tpe vere ſint: ver̄ eſt quoqʒ affirmationē indefinitā. ⁊ indefinitā negatiōem vtraſqʒ veras aliquotiens inueniri. Nā ſi verū eſt. qm̄ eſt homo albus verū itidē eſt qm̄ eſt hō niger. nam cum gallus ſit cādid⁹. ethiops nigerrim⁹ inueniť ſimľ ergo verū eſt dicere: qm̄ eſt hō albus. ⁊ non eſt hō albus. Idē quoqʒ de ꝓbo ⁊ turpi. nam ſi ver̄ eſt dicere qm̄ eſt hō probus. ſi quis hoc de philoſopho dicat ⁊ rurſus qm̄ ē hō turpis veruʒ eſt. ſi quis hoc de ſylla diceret. verū eēt vtrūqʒ ⁊ qm̄ eſt hō prob⁹: ⁊ eſt hō turpis: ꝫ q turpis eſt ꝓb⁹ non eſt. Simul igiť ver̄ eſt dicere qm̄ eſt hō probus: ⁊ non eſt homo probus. Sed videbiť fortaſſe aliquid ſibi dixiſſe cōtrariū. ⁊ difficilior procedit oſtēſio: que per hmōi exēpla proponiť que contraria eſſe videantur. Albus eniʒ ⁊ niger ⁊ prob⁹ ⁊ turpis cōtraria ſūt ⁊ fortaſſe dubitet qdā: vtꝶ vno tpe cōtraria hec in aliqb⁹ valeāt reperiri. Sʒ adiecit exēplū aliud qđ cū cōtrariū nō ſit. tn̄ ex eo ſicut in contrariis quoqʒ negatio ꝑcreať: vt ſi qs dicat eſt hō ꝓbus: ⁊ ali⁹ dicat fit hō probus: ſi qs vel alio docēte: vel ſe ipſo corrigēte aliqua diſciplina rōis eniteat. Nihil ergo cōtrariū hʒ eſſe ꝓbum ⁊ fieri probū. neqʒ enim ita contrariū eſt: vt eē hominem probū ⁊ eſſe hominē turpē. Quare ſi nihil contrariū hʒ: dubiū non eſt quin ſimul eſſe poſſint. ſed qđ fit nondum eſt adhuc cū fit. quare nondum eſt probus qui fit probus. ſed ver̄ eſt dicere cuʒ eo q eſt: eſt hō probus: qm̄ fit hō ꝓbus ꝫ qui fit probus hō: nō eſt probus hō: ver̄ eſt igiť dicere ſiľ qm̄ eſt hō probus ⁊ non eſt hō probus: lʒ nō inualida exēpla ſint poſita de ꝯriis. Nihil enī prohibet vno tpe ꝯria aliis atqʒ aliis ieē ſubiect̄. quocirca cōſtat idētitas p id q in exēplis ſupra poſuit: ſimul aliquotiēs veras videri: ⁊ non ſemper inter ſe verum falſumqʒ partiri. Qđ vō ait videbiť autem ſubito incōueniēs eſſe: iccirco qm̄ videť ſignificare non eſt albus hō ſiľ ēt qm̄ nemo hō albus eſt. hmōi eſt. Dixit enī propoſitionē affirmationiseā: que dicit eſt hō albus: veraʒ poſſe eē cū ea que dicit non eſt hō albus. Nūc hoc notat. videť inqt aliquotiens incōueniēs eē ⁊ incōgruū dicere eā que dicit eſt hō alb⁹: ⁊ eā q̄ ē nō ē hō alb⁹ ſiľ veras eſſe poſſe: iccirco q ea que eſt nō eſt hō albus: emittit imaginationē quandā q ſignificet: qm̄ nullus hō albus ē. Videť enim negatio hmōi que eſt non eſt hō albus: illud quoqʒ ſignificare ſiľ: qm̄ null⁹ hō albus ē: vt ſi quis dixerit non eſt hō albus: hoc cū dixiſſe putandum ſit qm̄ nullus hō albuſ eſt. Hoc aūt inqt. i. non eſt hō albus: ⁊ rurſus null⁹ hō albus ē: neqʒ idē ſignificāt: neqʒ ſp ſiľ ſunt. Naʒ qui dicit nullus hō alb⁹ ē: vľitatē determinās negatiōem de vľitate ꝓponit. Qđ vō dicit non ē homo albus: non oīno de tota vniuerſalitate negat. ſed ei tantū ſufficit de pticularitate negaſſe: atqʒ ea q̄ ē null⁹ hō alb⁹ ē: ſi unus hō alb⁹ fuerit. falſa eſt. Ea vō q̄ dicit nō ē hō alb⁹ ſi vn⁹ hō alb⁹ nō fuerit uera ē. q̄re nō ſignificat idē. Dico āt qm̄ nec oīno quotienſcūqʒ dictum fuerit qm̄ nō eſt hō: albus: mox ſignificat qm̄ nullus eſt hō albus Nam cū dico nullus hō albus eſt. hec eadem ſignificat: qm̄ non eſt hō alb⁹. Vniuerſalis enim intra ſe cōtinet indefinitā. Cū autem dicimus non eſt homo albus: non omnino ſignificat qm̄ nullus hō albus eſt indefinita enim nō intra ſe cōtinet uniuerſalem. Superius nāqʒ monſtrauimus q indefinite uiʒ pticulariū optinerēt. Quare ſi cū eſt uniuerſalis negatio: eſt indefinita negatio. Cū vō ē indefinita negatio: nō oīno eſt vľis negatio: nō ꝯuertiť ſm̄ ſubſiſtēdi ꝯſitiaʒ. q̄re non ſunt ſimul. Que enim non conuertuntur: ſimul nō ſunt: ut nos predicamentoꝶ liber edocuit. quare neqʒ idē ſignificāt negatiōes nō eſt hō albus: ⁊ null⁹ hō albus eſt: neqʒ ſimul ſunt: quoniā nō cōuertuntur ad ꝯſitiā ſubſiſtendi. Syrianus tn̄ nitiť indefinitā negatiōeʒ uiʒ definite optiere negatōiſoſidere. ⁊ ħ mľtis ꝓbare nitiť argumētis. Ariſtotele marie reclamāte. neqʒ hoc tantū ſuis ſed platonicis quoqʒ Ariſtoteliciſqʒ rationibus probare cōtendit eam que dicit nō eſt homo iuſtus: huiuſmodi eſſe: qualis eſt ea que dicit nullus hō iuſtus eſt. Sed nos Ariſtotelice auctoritati ſeruiētes id qđ ab illo veraciter dr̄: approbam⁹ Nam. q Syrianus dicit indefinitam quidē affirmationem particularis optinere vim: indefinitam vō netionem vniuerſalis: quā mendaciter diceretur: quāqʒ vtreqʒ in particularib⁹ rectiſſime proponerenť ⁊ ſupra mōſtrauim⁹: ⁊ ī his libris quos de categoricis ſyllogiſmis cōpoſuimus: in libro prīo diligēter expſſim⁹. Nūc nob̄ ipe quoqʒ Ariſtoteles teſtī ē. ⁊ ſyrian⁹ facillia rōne ꝯuinciť: q in analyticis quoqʒ ex duab⁹

indefinitis

ſndefinitis dicit̃ nõ poſſe colligi ſyllogiſmũ:cum ex af
firmatiua ꝑticulari ⁊ negatiua vniuerſali ꝑticularis
negatiua poſſit eſſe collectio. Qđ ſi indefinite affir=
matio ⁊ negatio negationis vniuerſalis ⁊ ꝑticularis
affirmatiõis vim optinerẽt:nũq̃ʒ ariſtoteles diceret
has ꝓpões nõ colligere ſyllogiſmũ. Sed illud veri⁹
eſt qm̃ ex duabus particularibus nihil in qualibet ꝓ
poſitionũ ↄplexione colligitur:q̃ ĩ his propoſitioni=
bus:que indefinite ſunt:nihil colligi dixit:qꝛ ꝑticula
riũ vim ꝓpões indefinitas arbitratus eſt optinere.
Quare multis modis. Syriani argumenta frangũt̃.
Sed nos expoſitionis curſũ ad ſeq̃ntia conuertamus

¶ Manifeſtum eſt autem quoniã negatio vna vni=
us affirmationis eſt. hoc enim idem oportet nega
re negationem. q̃ affirmatio affirmauit. ⁊ de eodẽ
vel de aliquo ſingularium. vel de aliquo vniuerſa
lium. vel vniuerſaliter. vel non vniuerſaliter. dico
autem. vt eſt ſocrates albus. non eſt ſocrates albus
Si autem aliud aliquid. vel de alio idem. non op=
poſita. ſed erit ab ea diuerſa. Huic vero que ẽ. oĩs
homo albus eſt. contradicit illa que eſt. non omnĩs
homo albus eſt. Illi autem que eſt: aliquis homo
albus eſt. illa que eſt. nullus homo albus eſt. Illi
autem que eſt. homo albus eſt. illa que eſt. non eſt
homo albus.

¶ Hinc quoq̃ʒ apparet affirmationẽ indefinitã ⁊ inde
finitã negatiõem nõ ſemꝑ vnã in veritate:aliã in fal
ſitate conſiſtere. Atq̃ʒ hinc docet̃ indefinitã negatio=
nẽ nõ idẽ valere q̃ vl̃is negatio põt: ⁊ eſt alia vniuer
ſalis:alia indefinita negatio. Nã ſi vnicuiq̃ʒ affirma=
tioni vna negatio videt̃ opponi. Cũq̃ʒ diuerſe ſint ea
affirmatio que dicit ẽ hõ alb⁹ ⁊ ea que dicit eſt qui=
dã hõ albus:diuerſas quoq̃ʒ habebũt in negatiõib⁹
enũciatiões: ⁊ illa que indefinita eſt affirmatio:habe
bit ĩdefinitã negatiõeʒ:vt ea que dicit eſt homo alb⁹
huic opponit̃ non eſt homo albus ea vero que dicit ẽ
quidã hõ albus:negatiõeʒ hẽbit oppoſitã eã que di=
cit nullus hõ albus ẽ. Quare ſi ꝑticularis affirmatio
definita ⁊ rurſus affirmatio indefinita a ſe ĩpe diuer
ſe ſunt:illud veꝝ ẽ oppoſitas quoq̃ʒ ↄ̃dictorie negatio
nes habere diſſimiles. quare ea que ẽ null⁹ hõ iuſt⁹ ẽ:
diuerſa ẽ ab ea que dicit hõ iuſt⁹ non eſt . ⁊ hoc nunc
Ariſ. exequit̃. Ait. n. vnã ſemꝑ negationẽ ↄ̃ vnã affir
mationẽ poſſe cõſtitui. ⁊ eius cãm conat̃ oſ̃dere: q̃
oĩs negatio eoſdẽ termĩos hʒ ĩ enũciatiõe:ſed in enũ
ciãdi mõ diuerſa ẽ. Nã qđ põit affirmatio:id aufert
negatio: ⁊ qđ illa p̃dicatũ ſubiecto iungit:hoc illa di=
uidit atq̃ʒ diſiungit. Quare ſi idem ſubiectũ idẽ p̃di=
catũ in negatione ſit:qđ affirmatio ãte poſuerat: nõ
eſt dubiũ quin vni⁹ affirmatiõis vna negatio eſſe vi
deat̃. nã ſi due ſint:aut ſubiectũ altera mutatũ ẽ aut
p̃dicatũ. Sʒ quecũq̃ʒ ſunt hmõi: non ſunt oppoſite.
hoc. n. enim eſt qđ ait Si aũt aliud aliq̃d:vel de alio
idẽ:nõ oppoſita. ſed erit ab ea diuerſa. Sẽſus. n. hu=
iuſmodi ẽ. Si negatio aliud aliquid p̃dicando neget:
quã ĩ affirmatione fuit:vt ſi ſit affirmatio ẽ hõ alb⁹:
negatio dicat nõ ẽ hõ iuſtus:aliud p̃dicauit in nega=
tione quã in affirmatione fuerat cõſtitutũ: vel ſi de
alio ſubiecto quã in affirmatione fuerat idẽ qđ in af
firmatiõe fuerit dixerit p̃dicatũ: vt ſi affirmatio ſit
eſt hõ iuſtus:negatio rñdeat nõ eſt leo iuſt⁹. idẽ p̃di=
catũ eſt ſubiecta ſũt diuerſa. Si ergo vel aliud aliq̃d
p̃dicet in enũciatione ꝓpoſitio:vel de alio ſubiecto p̃
dicet idem q̃ affirmatio ante poſuerat: nõ erunt illa
affirmatio negatioq̃ʒ oppoſite. ſed tñ a ſe diuerſe. ne
q̃ʒ enĩ ſe perimũt: ⁊ hãc rẽ demõſtratiuã addit ⁊ que
eſſet argumentũ vnius affirmationis p̃ter vnã nega
tionẽ eſſe nõ poſſe ſiue in ſingularibus: vt ĩ eo q̃ ipſe
dicit exẽplo eſt ſocrates albus:non eſt ſocrates albus
ſiue in vniuerſalibus vl̃r p̃dicatis:cũ his ꝑticulares ĩ
oppoſitiõe cõtradictorie ↄſtituũt̃: vt ĩ vniuerſali vl̃r
affirmatiua:oĩs hõ eſt albus:in vl̃i ꝑticulariter nega
gatiua p̃dicat̃ nõ oĩs hõ albus ẽ. Illi vero que ẽ ĩ vni
uerſali ꝑticulariter affirmatiua:quidã hõ albus ẽ. op
ponat̃. in vl̃i vl̃r ꝓpõ negatiua:nullus hõ albus ẽ. il
li v̾o que ĩ vl̃i nõ vniuerſaliter affirmatio eſt . eſt hõ
alb⁹:illa que in vl̃i nõ vniuerſaliter negatiua eſt non
eſt hõ alb⁹. vt qđ ait vel de aliquo ſingulariuʒ ad hec
ꝑtinet exẽpla:eſt ſocrates albus. non eſt ſocrates alb⁹
Qđ aũt ſecutus eſt vel de aliquo vniuerſaliũ vniuer
ſaliter ad illa exẽpla dictũ eſſe videat̃ que ſunt oĩs hõ
albus ẽ:nõ oĩs hõ albus ẽ. aliquis hõ albus ẽ. nullus
hõ ẽ albus . Qđ vero addit vel nõ vl̃r. ſ. in vl̃ibus ad
illa exẽpla retulit que ſunt hõ alb⁹ ẽ. hõ albus nõ eſt.

¶ Quoniam quidem igitur vna affirmatio vni ne
gationi opponitur contradictorie. ⁊ que ſunt he di
ctum eſt. ⁊ quoniam alie contrarie. ⁊ que ſũt he. di
ctum eſt. ⁊ quoniam non oĩs vera vel falſa cõtradi
ctio. ⁊ quare. ⁊ quando vera vel falſa.

¶ Hic ergo rurſ⁹ oĩa breuiſſime repetit dicẽs iã ſe di
xiſſe qm̃ vni negatiõi vna affirmatio eẽt oppoſita. ⁊
hoc ſi quõlibʒ ſʒ ↄ̃dictorie in qb⁹. ſ. veꝝ falſũve diui=
deret̃. Dixiſſe ẽt ↄmẽorat q̃ eẽnt he:q̃s ↄ̃dictorias no
minaret. dixit ãt eẽ ãgulares affirmatiuã vl̃eʒ ⁊ ne=
gatiuã ꝑticularẽ:rurſus affirmatiuã ꝑticularẽ: ⁊ ne=
gatiuã vl̃eʒ. Differui quoq̃ʒ ĩgt qm̃ alie ſũt ↄ̃rie:alie
ↄ̃dictorie:nõ. n. eedẽ ſũt ↄ̃rie q̃ ſũt ↄ̃dictorie. Contra
rie. n. ſũt vl̃is affirmatio:vl̃iſq̃ʒ negatio. Expoſui illđ
quoq̃ʒ ĩgt qm̃ nõ oĩs v̾a vel falſa ẽ ↄ̃dictio nũc ãt ↄ̃=
dictiõʒ nõ illã ꝓpe ſʒ cõiter de eis dixit que ſũt oppoſi
te ſiue ↄ̃rio mõ ſiue ſubↄ̃rio he nãq̃ʒ nõ ſꝑ ĩter ſe ve=
rũ falſũq̃ʒ diuidebãt:vt vna ſꝑ eẽt v̾a alia falſa. pote
rat enĩ fieri:vt ↄ̃rie ſil̃ iuẽirẽt̃ falſe:ſubↄ̃rie ſil̃ v̾e. de
his ãt q̃ ꝓpe ↄ̃dictorie ſũt:ſeq̃t̃ ⁊ ſe iã expoſuiſſe ↄme
morat. ⁊ q̃re vna v̾a altera falſa ẽ. ⁊ qñ. iccirco enim
vl̃is affirmatio ꝑticulari negatiõi ĩ ↄ̃dictiõis opponi
tur:q̃ ĩ oĩb⁹ a ſe ipſe diuerſe ſũt ⁊ q̃litate ⁊ q̃ntitate:
illa. n. ẽ affirmatio illa negatio:illa vl̃is illa ꝑticularis
Iđ ergo aut vtreq̃ʒ falſe:aut vtreq̃ʒ v̾e inueniri non
pñt. Qñ ãt ita fuerit:cõſtat vnã verã eſſe alterã fal=
ſã. atq̃ʒ hoc eſt q̃ ait ⁊ q̃re ⁊ qñ v̾a vel falſa dictũ eſt
. ſ. memorat is q̃re oppoſitio ⁊ qñ ſemꝑ vna ſit v̾a al=
tera falſa:tũc vtq̃ʒ qñ ãgulariter conſtituũt̃ iccirco
qm̃ q̃ntitate a ſe ꝓpões ex q̃litate diuerſe ſũt. Nobis
aũt dicẽdũ ẽ qñ oppoſitiões cõtrarie vel ſubↄ̃rie:aut
vtreq̃ʒ ille ſil̃ falſe ſint aut vtreq̃ʒ ille ſimul vere : aut
vna falſa alia vera rurſus inuẽiatur. In cõtrarijs. n.
ſi ea que nõ ſũt naturaliter:p̃dicẽt̃ vtreq̃ʒ ſunt fal=
ſe:vt albedo qm̃ naturaliter hoĩ non ineſt:vtreq̃ʒ fal
ſe ſunt que albedinẽ predicãt . falſa eſt enim oĩs hõ a
bus eſt. ⁊ falſa eſt nullus hõ albus eſt. Sed quãdo il=
le ambe falſe ſunt:vere ſunt ſubcontrarie:ut eſt qui=
dã homo albus ẽ:q̃dã homo albus non eſt. Qđ ſi q̃d
nãle p̃dicet̃ in cõtrarijs:affirmatio uera eſt: falſa ne
gatio:ut quoniã naturale eſt homini eẽ aĩal v̾a ẽ ea
q̃ dicit oĩs hõ aĩal ẽ:falſa que dicit null⁹ hõ aĩal eſt.
Eodẽ quoq̃ʒ mõ ĩ ſubcontrarijs v̾a eſt affirmatio:fal

ſa negatio. Sin vō aliqd īpoſſibile p̄dicet̄: falſa ē affirmatio: vā negatio: vt qm̄ īpoſſibile eſt hoīez lapidem eſſe. Si dicamus oīs hō lapis eſt. falſum ē. nullꝰ hō lapis eſt vex eſt. eadē vim quoqꝫ retinet ſubcōtrarij natura: affirmatio enī hic falſa eſt: vera negatio.

¶ Una autē ē affirmatio ⁊ nagatio: que vnū de vno ſignificat: vel cum ſit vniuerſale vniuerſaliter. vel non ſimiliter. vt oīs homo albus eſt nō omnis homo albus eſt. eſt homo albus. non eſt homo albus. nullus homo albus eſt. quidam homo albus eſt. ſi album vnum ſignificat.

¶ Ea que ſunt a nobis diligēter ſuperius expoſita: nūc ipſe clariuſ monſtrat. diximus namqꝫ vnā propoſitionē eſſe: que vnā quālibet rem ſignificaret ⁊ non plurimas: ita vt nec equiuocū ſubiectū haberet: nec equiuocū p̄dicatum vna. n. ꝓpoſitio ſic fit. nunc hoc dicit vna ꝓpoſitio eſt que vnā rem ſignificat. i. q̄ neqꝫ equiuocū hꝫ ſubiectū: neqꝫ p̄dicatū: ſiue aūt vniuerſalis ſit affirmatio ſiue vl̄is negatio ſiue ꝑticularis negatio ſiue ꝑticularis affirmatio ſiue īdefinite vtreqꝫ. ſiue ꝯ ſe angulariter ponant̄: vna illa ꝓpō eſt: que vnā rem in affirmatiōe vel negatiōe ſignificat: Sed hic queſtio eſt quēadmodū vl̄is affirmatio vnā rē ſignificare poſſit: cū vniuerſalitas ip̄a nō de vno ꝫ de pluribꝰ predicet̄. Nam cū dico omnis hō albus eſt ſingulos homines qui plures ſunt ſignificans multa in ip̄a affirmatiōis predicatōe deſigno. Quocirca nulla erit affirmatio vel negatio vniuerſalis: que vnā reꝫ ſignificare poſſit: icc irco ꝙ ipſa vniuerſalitas de pluribus (vt dictum eſt) indiuiduis predicat̄. Sed ad hoc reſpōdemꝰ cū vniuerſale qddā dicit̄: ad vnā quodāmodo collectionē totiꝰ ꝓpōnis: ordo ducit̄: ⁊ eius nō ad particularitatē: ſed ad vniuerſalitatē: que eſt vna q̄litas applicat̄: vt cū dicimꝰ oīs homo iuſtꝰ ē: nō tūc ſingulos ītelligimꝰ: ſed ad vnā hūanitatē qcqd de hoīe dictū ē dicit̄. Quare ſiue ſit vniuerſalis affirmatio ſiue vniuerſalis negatio: vel in ſingularibus: poteſt fieri vt he vne ſint: ſi vna ſignificatione teneantur. atqꝫ hoc eſt qꝺ ait ꝓpōnes quas ſupra poſuit que ſūt oīs hō albus eſt: nō oīs homo albus eſt. hō albus eſt: hō albus non eſt. nullus hō albus eſt: eſt quidā hō albꝰ: vnas videri ſi albū inquit vnum ſignificat. Si enim albū quod p̄dicat̄ multa ſignificet: vel ſi hō qui ſubiectus eſt: nō vnū: non eſt vna affirmatio: nec vna negatio. Hoc aūt in ſequētibꝰ clarius monſtrat dicēs.

¶ Sin vero duobus vnū nomē poſitū eſt. ex quibꝰ nō eſt vnū. nō ē vna affirmatio. neqꝫ vna negatio.

¶ Senſus hmōi eſt ſi vna res plura ſignificet: ex quibꝰ multis vnū effici nō poſſit. illa affirmatio in qua illꝺ nomē vel p̄dicat̄ vel ſubijcit̄: multa ſignificat: vt ī eo ꝙ eſt hō qꝺ dicimꝰ hō ſignificat aīal: ſignificat rōnale: ſignificat mortale: ſed ex his que multa ſignificat: vnū pōt effici: qꝺ ē aīal rōnale mortale. Quare hoc nomē hō licet plura ſint que ſignificet: tñ qm̄ cōiuncta in vnū quodāmō veniūt corpus: ⁊ vnū qddā ex ſe iuncta perficiūt: cū id dictū ita fuerit quaſi ex his que ſignificet: vnū aliquid fiat: vnū qꝺ tota illa iūcta ꝑficiūt nomē illud ſignificare manifeſtū eſt. atqꝫ hoc ē qꝺ ait. ſin vō duobꝰ vnū nomē ſit poſitū: ex qbꝰ nō eſt vnū: non eſt vna affirmatio nec vna negatio. Si enī talia quilibꝫ ſermo plura ſignificet: ex quibus iunctis vnum nequeat fieri corpus. nec poſſint ea que ſignificantur: vno illo noīe in vnā ſpeciē ſubſtantie cōuenire non eſt illa vna affirmatio. Quale autē nomē ſit qꝺ poſitū vnā affirmationē ſi faciat: icc irco ꝙ plura ſignificet. ex quibus vnū fieri nō poſſit exempli ſolertiſſima virtute monſtrauit dicens.

¶ Ut ſi quis ponat hoc nomen tunica hoī ⁊ equo. quoniam tunica eſt alba. hec non eſt vna affirmatio. nec vna negatio. nihil enim differt hoc ꝙ̄ dicere quoniam eſt homo ⁊ equus albus. Hoc autem nihil differt ꝙ̄ dicere eſt homo albꝰ. ⁊ eſt equꝰ albꝰ

¶ Si quis ponat hoī ⁊ equo nomē tunica inquit. ⁊ in ꝓpoſitiōe nomē hoc ponat̄: illa ꝓpō nō vna ſꝫ multiplex eſt: nā ſi verbi gratia tunica hō atqꝫ equꝰ dicat̄: vt cum dicit aliquis tunica aut hominem aut equum deſignet. ſi quis dicat in propoſitione tunica alba eſt: non eſt vna affirmatio qꝺ enī dicit tunica alba ē: huiuſmodi eſt: q̄ſi dicat hō ⁊ equus albus eſt. tunica enī hoīem atqꝫ equū ſignificatione monſtrauit. Qꝺ vō dicit hō ⁊ equus albus eſt nihil differt: tanq̄ꝫ ſi dicat equus albus eſt ⁊ hō albus eſt. ſed he due ſunt propoſitiones ⁊ non ſimiles. in his enī ſubiecta diuerſa ſunt. Quocirca ſi he due affirmationes ſunt: duplex quoqꝫ illa eſt affirmatio que dicit hō atqꝫ equus albꝰ eſt. Quod ſi hec rurſus ē duplex qm̄ hoīeꝫ atqꝫ equū tunicā ſignificare poſitum eſt: cum dicimus tunica alba eſt non vnum ſed plura ſignificat. Quocirca ſi ea affirmatio que multa deſignat: non eſt vna: hec quoqꝫ affirmatio vna non erit. cuius aut predicatio equiuoca fuerit aut ſubiectū. atqꝫ hoc eſt qꝺ ait.

¶ Si ergo he multa ſignificāt. ⁊ ſunt plures. manifeſtum eſt. quoniam ⁊ prima multa vel nihil ſignificat. neqꝫ enim aliquis eſt homo equus. quare nec in his neceſſe eſt hanc quidem contradictioneꝫ veram eſſe. illam vero falſam. In his ergo ⁊ que ſunt ⁊ que facta ſunt. neceſſe eſt affirmationem vel negationem veram vel falſam eſſe. in vniuerſalibus quidem vniuerſaliter ſemper hanc quidem veraꝫ. illam vero falſam eſſe. ⁊ in his que ſunt ſingularia. quemadmodum dictum eſt. in his vero que in vniuerſalibus non vniuerſaliter dicuntur. non eſt neceſſe dictum eſt autem ⁊ de his.

¶ Quod ſi inquit eſt equus albus ⁊ eſt homo albꝰ multa ſignificant. illa quoqꝫ p̄ria ꝓpō que eſt tunica alba eſt: vnde he fluxerunt: multa ſignificat: aut ſi quis dicat non eam multa ſignificare. concedit profecto nihil omnino propoſitionis ipſius ſignificatione monſtrari. Tunc enim multa vnum nomen ſignificans in vnam ſignificationem poterat conuenire: quotiens ex his que ſignificat: vna poſſet coniungi conſtituiqꝫ ſubſtantia: vt in eo qꝺ ſupra poſui: cuꝫ homo animal rationale ⁊ mortale ſignificet: que in vnum poſſunt coniuncta congruere. Nunc autem ſi tunica homineꝫ equumqꝫ ſignificet multa deſignat: ſed ea ipſa in vnū corpus non veniunt. neqꝫ enim fieri poteſt: vt aliquiſ homo equus ſit. quare aut multa ſignificat qꝺ veruꝫ eſt: aut ſi contendat non eam multa ſignificare: ſed quiddam ex his que ſignificat iunctum. quoniam nihil eſt qꝺ ex equo ⁊ homine coniūgatur: nihil omnino ſignificat hoc enim eſt quod dixit neqꝫ enim eſt aliquis homo equus. ⁊ hoc quidem ſub vno accentu legendum eſt: non diſcrete pronūciādum homo ⁊ rurſus equus: ſꝫ homo equus: ut ex his iunctis nihil appareat omnino poſſe conſtitui. cur auteꝫ hoc dixit: ſeq̄ns monſtrat oratio. Si. n. ita faciēda ꝓpō ē ut ꝯ affirmatioꝫ hmōi opponat̄ negatio: q̄ ī oppōe uex falſum qꝫ

ſumq; diuidat: vt vna vera altera falſa ſit: vnā oʒ eē
affirmationē ⁊ vnam negationem. qđ ꝯtingit ſi neq;
ſubiectū neq; ꝑdicatū multa ſignificet. ꝙ ſi plura de-
ſignet ⁊ equiuocum ſit: non erit in huiuſmodi propo
ſitionibus vna ſemper vera altera falſa: Herminus
vero ſic ſentit: Quod ait Ariſtoteles. Sin vero duo-
bus vnū nomen eſt poſitū: ex quibus non eſt vnū: nō
eſt vna affirmatio nec vna negatio: vt in eo īquit qđ
eſt homo greſſibilis eſt. quoniam qđ dicimus greſſi-
bile poteſt ⁊ bipes eſſe ⁊ quadrupes ⁊ multiplex ani-
mal demonſtrari. Ex his inquit oībus vnum fit quod
eſt pedes habens. Iſta inquit huiuſmodi affirmatio
non multa ſignificat. ſed ſententia ariſtotelis omnino
non ſequit̄. neq; enī ex his oībus vnū fit. nec quadru-
pes bipes ⁊ multipes pedes habere faciūt. hic enim
numerus pedū eſt: non pedū cōſtitutio. quare Her-
minius ꝑtermittendus eſt. Huic aūt expoſitioni quā
ſupra diſſerui Aſpaſius ⁊ Porphyrius ⁊ Alexander
in his quos in hunc librū edidere cōmētariis cōſenſe
re. ſed ne diutius nobis Ariſtotelis exemplū caliginis
obſcuritatem ferat: hoc in aliquo noto exemplo voca
buloq; videndū eſt. Cum enim dicimus. Aiax ſe pere
mit ⁊ Telamonis aiacem filium: ⁊ Oileū demōſtrat:
ex quibus duobꝰ vnū fieri aliquid nō poteſt ex duobꝰ
enī indiuiduis nihil omnino iungit̄. Quare huiuſmo
di propoſitio multa ſignificat. ſed hec hactenus.
nunc autē determinat hec que de propoſitiōibus ſu
pra iā dixerat. non de oī tp̄e: ſed de ſolis tantū prete
rito ⁊ preſenti: quēadmodū ſe in veritate ⁊ falſitate
habent diſeruiſſe. In futuris vero non idē eſt: quale
de p̄ſenti ⁊ ꝑterito in propoſitiōe iudiciū: iccirco qꝛ
iam vel cōtingit: vel cū eſt: definita veritas ⁊ falſitas
in propoſitiōibus inuenit̄: vt cum dico brutus conſu
latum primꝰ īſtituit ſub rege tarquinio: dicat alius
brutus cōſulatū non primꝰ inſtituit ſub rege tarqui-
nio. Hic vna vera altera falſa ē etiā affirmatio defi-
nite: vera eſt. definite falſa negatio. Rurſus in preſē
ti cū dicimus vernū tempꝰ eſt: vernū tempꝰ nō eſt: ſi
hoc verno tp̄e dictū ſit: affirmatio vera ē ⁊ definite
vera negatio falſa ⁊ definite falſa eſt. Quod ſi haud
verno tempore dictū ſit: definite falſa affirmatio: ⁊
definite eſt vera negatio. iccirco ꝙ ſiue in preſenti ſi
ue in preterito veritas affirmationis negationiſve
iam contingit. in futuro vero nō eodē modo ſe ſe hꝫ
vt cū dicimus: franci gothos ſupabunt: ſi quis negat
franci gothos non ſuperabūt: vna quidē vera eſt: al
tera falſa. Sed que vera que falſa ſit: nullus ante exi
tū agnoſcit: atq; hoc eſt quod ait. in his ergo que ſūt
⁊ que facta ſunt. neceſſe eſt affirmationem vel nega-
tionē verā vel falſam eſſe: in vniuerſalibꝰ quidē vni
uerſaliter ſemꝑ hanc quidē verā: illam vero falſam.
Et in his que ſunt ſingularia: vt dictū eſt: vt nō mō
vna ſemper vera ſit altera falſa in tota contradictiōe
Sed illud quoq; habeat: vt in vna qualibet definite
veritas aut falſitas reperiat̄ ita vt in his ſingularibꝰ
veritas ⁊ falſitas in propoſitionibus diuidat̄: in vni-
uerſalibꝰ aūt ſi his ꝑticularitates opponātur (quēad
modum dictum eſt) vnam neceſſe eſt veram eſſe al-
terā falſam. Sed definita propoſitionū veritate vel
falſitate ſicut ſupra diſſerui. Quare in ſequentibus q̄
dam de futuris tractanda ſunt ⁊ quoniam maius opꝰ
eſt quā hic breuiter dici poſſe viderimus: ⁊ nos ſecū
di voluminis ſeriem longius extraximus. hoc loco fa
ſtidioſam longitudinem terminemus.

¶ Incipit cōmētarioꝝ liber tertius.

EA que huius libri ſeries cōtinebit: expo
nere altioris pene tractatus eſt: quā vt ī
logica diſciplina cōueniat diſputari. ſꝫ
qm̄ (vt ſepe dictū eſt) oratiōibꝰ ſenſa ꝓ
feruntur: quibꝰ ſubiectas eſſe res mani
feſtū ē: non ē dubiū quin qđ in rebus ſit. id ſepe trāſ
ferat̄ ad voces. quare mihi recte cōſiliū fuit ſubtiliſ
ſimas Ariſtote. ſētētias gemino ordine cōmentatio-
nis aperire. Nā quod prior tenet editio: ingredienti-
bus ad hec altiora ⁊ ſubtiliora quādā quodāmodo fa
ciliorē ſemitam parat. Qđ aūt ſecūda editio in pate
faciēdis ſubtilibus ſentētiis elaborat. Hoc ſtudio do
ctrinaq; ꝑuectis legendū diſcēdūq; proponit̄: quare
prius quedā pauca dicenda ſunt: quatenus ea de qui-
bꝰ poſtea tractaturi ſumꝰ. hec ipa legētibꝰ nō videā
tur ignota. Categoricas ꝓpōnes greci vocant q̄ ſine
aliq̄ ꝯditiōe ꝓpōnis ꝓnūt̄: vt ē dies ē: ſol ē. hō ē. ſol
calet ⁊c. q̄ ſine alicuiꝰ ꝯditiōis nodo atq; ligamīe ꝓ-
ponūt̄. Sūt āt ꝯditiōales ꝓpōnes hmōi. ſi dies ē lux
eſt: quas greci hypotheticas vocant. Conditionales
aūt dicunt̄: ꝙ talis quedā proponit̄ cōditio: vt dicat̄
ſi hoc eſt illud eſt. ⁊ illas quidē quas cathegoricaſ gre
ci nomināt. latine ꝑdicatiuas dicere poſſumus. Nam
ſi cathegoria predicamētū eſt: quare nō quoq; cathe
gorice propoſitiōes predicatiue dicant̄. Harum autē
quedā ſunt: que cū ſempiterna ſignificent: ſicut he reſ
quas ſignificant ſemper ſunt: ⁊ nunq̄ a propria natu
ra diſcedūt: ita quoq; ipe propoſitiones īmutabili ſi-
gnificatiōe ſunt: vt ſi quis dicat deus eſt deus īmor-
talis ē. he nāq; ꝓpoſitiōes ſicut de īmortalibus dicū
tur: ita quoq; ſempiternā habēt ⁊ neceſſariā ſignifi-
cationē: neq; hoc in vniꝰ tp̄is natura ꝑſpicitur. ſed in
oīuꝫ. Nā cū dicimus deus īmortalis ē: vel īmortalis
fuit: vel īmortalis erit: a propria ſignificatiōis neceſ-
ſitate nō diſcrepant. neceſſarias autē propōnes voca
mꝰ in qbꝰ id qđ dicit̄. aut fuiſſe: aut eſſe: aut certe ne
ceſſe ē euēire. ⁊ hec qdē que ſēpiterna ſignificāt: ſem
piterne neceſſitatis ſūt. Nā ēt ſi ī his nō ſit manife-
ſta veritatis natura: nihil tn̄ ꝓhibet firmā eē neceſſita
tis ī natura cōſtātiā: vt ſi nobis ignotū eſt vtꝝ paria
ſint aſtra an īparia: nō tn̄ iccirco poterit euenire: vt
nec paria nec īparia videāt̄: ſꝫ ſine vlla dubitatione
aut paria ſūt aut īparia. Oīs. n. multitudo hoꝝ altez
retict ī natura. quocirca ⁊ ī his ſi qſ dicat aſtra paria
ſūt: aliuſq; reſpōdeat aſtra paria nō ſūt. vel ſi qs di-
cat aſtra īparia ſunt: aliuſq; r̄ndeat aſtra īparia non
ſunt vnꝰ hoꝝ veꝝ ex neceſſitate ꝓponit. ⁊ q̄q̄ id qđ
qlibet hoꝝ veꝝ dixerit: nobis ignotū ē: neceſſe ē tn̄ ī
mutabiliter eē qđ dicit̄: atq; he quidē ſūt īmutabili
ter neceſſarie ꝓpōnes. Alie vō ſūt que non ſempiter-
na ſignificātes ſunt tn̄ ⁊ ipſe neceſſarie: quouſq; illa
ſubiecta ſūt. de qbꝰ ꝓpō aliqd affirmat aut negat: vt
cū dico homo mortalis ē. q̄diu hō ē tādiu hoīeꝫ eſſe
mortalē neceſſe ē: nā ſi qs dicat ignis calidꝰ ē: quādiu
ē ignis tādiu ex neceſſitate vera ē ꝓpō. Alie vō ſūt q̄
a natura neceſſitatis recedūt: ⁊ q̄dā tn̄ cōtigentia ſi
gnificāt. ſꝫ hec aut eq̄lr ſe ad affirmationē negationē
q; habētia ſūt: aut ad vnū vergētia frequētiꝰ. eq̄lr ſe
qdē hn̄t: vt ſi qs dicat me hodie eē lauādū hodie me
n̄ eē lauādū. Nihil. n. negatio vel affirmatio fiet ma-
gis. vtreq;. n. eq̄lr neceſſarie n̄ ſūt. Ille vō q̄ plꝰ ad al
terā ꝑtē vergūt hmōi ſūt: vt ſi qs dicat hoīeꝫ ī ſene
ctute caneſcere: hoīeꝫ ī ſenectute nō cāeſcere: fit qdē
freq̄ntiꝰ vt caneſcat: nō tn̄ ītercluſū ē: vt nō cāeſcat.
Predicatiuaꝝ āt ꝓpōnū nā ex reꝝ veritate ⁊ falſi-